vt aliq dicũt origine: sic ꝯcedim⁹ ꝙ ṗducit ꝛ originat fi/
liũ. ¶ Probo pmã ꝯnẽ sic. pater ꝛ fili⁹ sũt vn⁹ ꝛ idẽ nuõ ṗ³ꝯ
simplex de⁹: igiť pater nõ ẽ ṗoꝛ filio eternitate vel tem/
poꝛe ꝛc. Añs ẽ notũ ꝑ fidẽ ꝛ sacrã scripturã. Et ꝯña eui/
dẽs ẽ q̃tũ ad singulas ptes ꝯñtis: ꝯsideratis rõnib⁹ ta/
liũ modoꝝ ṗoꝛitatis. Ex his ifero ꝙ falsa ẽ opio cuiusdã Sco. li
doctoris dicẽtis ꝙ i diuinis ẽ duplex ordo. s. nãe ꝛ origi/ 2. q. ṗ.
nis: ꝛ i vno istãti nãe assignat plura istãtia origis: vt post
diceť. dicit aũt ꝙ i pmo istãti nãe sũt oĩa ẽentialia abso/
luta ꝛ notionalia ꝛ tota trinitas pfecta. In scdo ṽo istã/
ti nãe ẽ itellectio creaturaꝝ: ita ꝙ ꝫ ipm i ṗ instãti nãe
de⁹ itelligit se: ꝛ i scdo itelligit creaturas: ꝛ ꝑ ꝯñs itelle/
ctio creaturaꝝ ẽ nã posterioꝛ itellectiõe q̃ ipse intelligit
se. ꝟ aũt falsum esse pꝫ euidenter: qm̃ eadem penitus ex
parte rei est intellectio qua de⁹ itelligit se: ꝛ itellectio q̃
intelligit creaturas: ꝛ per ꝯñs nõ põt esse intellectio qua
deus itelligit se nõ existẽte intellectiõe qua itelligit crea/
turas: nec eꝯ: ac per hoc nõ ẽ prioꝛ nã. ¶ ṗ. quoꝛũcũq̃
vnũ est alio ṗus illa sũt plura ꝛ disticta: ſꝫ itellectio qua
de⁹ itelligit se: ꝛ itellectio qua itelligit creaturas nõ sũt
disticte: g̃ ꝛc. ¶ Cõfirmať per eũdẽ. vult. n. ꝙ differẽtia
rõnis nõ est sufficiens ṗ ordie nãe: vt dicit lib. ṗ. dis. io. g̃
inter q̃cũq̃ ẽ ordo nãe: illa sunt distincta ex natura rei:
ſꝫ itellectio qua de⁹ itelligit se: ꝛ itellectio qua intelligit
creaturas nõ sũt disticte ex nã rei. g̃ ꝛc. ¶ Et si dicať ꝙ
nõ est intẽtio hui⁹ doctoris ꝙ illa itellectio sit nã prioꝛ:
ꝙ̃ itellectio creaturaꝝ: ſꝫ ꝙ eadẽ ipsa itellectiõe ṗus nã
deus itelligit se ꝙ̃ itelligat creaturas. ¶ Istud ẽt falsuz
est: qm̃ ex hoc seqreť ꝙ deus posset vľ potuisset itellige/
re se: nõ itelligẽdo creaturas. pꝫ ꝯña ꝑ rõnez prioritatis
nature premissaz: quã ẽt ipsimet alibi ponũt: sed ꝯñs est
falsuz: qꝛ si deus potuisset aut posset nõ intelligere crea/
turam: posset vel potuisset non esse deus: qð est falsuz: et
ꝯña hec pꝫ: qꝛ quãta necessitate deus est ꝛ fuit deus: tã/
ta necessitate semper cognouit ꝛ cognoscit omnes res q̃
sunt ꝛ fuerũt ꝛ sunt possibiles eẽ: ꝛ eadẽ necessitate qua
ipse deus est potuit creaturas producere. ac per ꝟ crea/
ture necio fuerũt poles. vñ sic de⁹ nõ potuit nec p̃t nõ eẽ
de⁹: aut nõ posse ṗducere creaturas: sic nõ põt vel potuit
non eas nosse: necessario. n. ꝛ icõmutabilr nouit quãli/
bet creaturã: sicut dicit Augu. de fi. ad pe. inquiens. Fir/ capi. 33.
missime tene ꝛ nullatenus dubites deo icõmutabilr nõ
solũ p̃ntia ꝛ ṗterita: sed ẽt futura oĩa icõmutabilr eẽ no/
tissima: cui dř de⁹. q occultoꝝ es cognitoꝛ: q scis oĩa añq̃
fiãt. ¶ 2am ꝯnẽ ṗbo sic. de⁹ př ṽe ṗduc ꝛ gnãt filiũ ꝛ nõ 2ª ꝯ
eꝯ: g̃ př est prioꝛ filio cãlitate seu ṗductibilitate vľ origi
ne. Añs ẽ certũ ex fide. Et ꝯña pꝫ: qꝛ hoc ẽ pr̃ez eẽ prius
cãlitate seu origie filio: qð est pr̃ez eẽ cãm vel pñm ṗdu/
ctiuũ filij ꝛ nõ eꝯ: vt supra pꝫ. ¶ Hec ꝯ ꝛ ṗcedẽs ptialr
asseriť a Dam. lib. ṗ. vbi ait. Si vero dicim⁹ pr̃ez eẽ pñm
filij: ꝛ maiorem non ṗorẽ filio eẽ tpe vel nã ostẽdim⁹: ꝑ ipꝫ cap. 9.
eni secula fecit: neq̃. n. ꝫ alið qdẽ nisi ꝫ cãz ꝟ ẽ: qm̃ fi/
li⁹ ex pr̃e genit⁹ est: ꝛ nõ př ex filio: ꝛ qm̃ př est cã filij nã/
liter. ¶ Huic ꝯcordat dcm̃ Augu. ð lib. 3. ꝯ max. qð iter
patrẽ genitorẽ ꝛ filiũ genitũ ẽ ordo nãe: nõ quo alter est
prioꝛ altero: ſꝫ quo ẽ alter ab altero: vbi pꝫ ꝙ negat pr̃ez
eẽ nã priorẽ filio. affirmat aũt sic Dam. ꝙ nãliter ẽ fili⁹
a pr̃e: ſꝫ nũquid př si ṗoꝛ ẽ origie filio põt vere dici ꝙ př
sit in aliquo ṗori origis: aut i aliquo instãti origis i quo
nõ sit fili⁹: aut aliqd i diuinis ad itra põt dici eẽ in aliq̃
ṗori vel pmo istãti aut signo ꝛ fili⁹ eẽ in scdo vel tertio
instãti seu signo posteriori ꝛ nõ eẽ in pmo: ¶ Ad ꝟ dič Scotus
idẽ doctoꝛ ꝙ sic. vñ sicut potest haberi ex dictis eius in

diuersis locis: in p̄mo instāti nāe qd ponit in diuinis: vt
supra recitatū est ordo origis in cuius primo instāti seu
signo est p̄ma persona pfecta cū oībus eēntiabilib⁹ non
habētib⁹ respectū ad extra ⁊ cū p̄ncipio ⁊ fecūditate p-
fecta qua pōt pducere filiū ⁊ spm̄ scm̄: ita q̄ in p̄mo si-
gno est in pr̄e vtraq̄ fecūditas. In scd̄o aūt signo ē i pr̄e
actus p̄me fecūditatis: ⁊ pr̄ pducit filiū: ⁊ cōicat filio fe-
cūdaꝫ fecūditatē. s. qua pōt pducere spm̄ scm̄. In tertio
vero signo est i vtroq̄ actus secūde fecūditatis. s. spira-
re ⁊ pducere spm̄ sanctū: ⁊ sic vt dicūt pr̄ est prior origie
⁊ prius pōt gnāre filiuꝫ q̄ generet: ⁊ tūc p̄us generat q̄
spiret spm̄ scm̄: ⁊ sil'r pr̄ ⁊ filius pri⁹ possunt spirare q̄ spi-
5 Sco. rent spm̄ scm̄. ¶ In his dictis plura falsa cōtinent̄. Vn̄
arguo p̄mo cōtra illud qd dicūt q̄ pr̄ pōt prius gnāre q̄
generet. Si. n. hoc esset verꝫ sequeret̄ q̄ filius in scd̄o si-
gno in quo pr̄ generat actu postq̄ gnābat tm̄ in potētia
inciperet esse: ⁊ sic aliquo mō hr̄et initiuꝫ essendi: saltē fm̄
imaginationē nostrā. vn̄ inciperet esse postq̄ nō fuit: sꝫ h̄
est prorsus falsum dicēte Aug. lib. p̄ de diuinitate ⁊ icar-
natione verbi satis circa p̄n^m. nos semp deū pr̄em noui-
mus vnigeniti filij sui ex ipso qdeꝫ nati ⁊ q̄ ē ab ipso tra
hētis: sine vllo tm̄ initio nō solū eo q̄ aliquib⁹ tēporꝫ spa
cijs distigui pōt: sed ne illo qdē q̄ sola apud semetipsam
mens ītueri solet ⁊ nudo vt ita dixerim intellectu atq̄
aīo ꝯspicari: extra g̊ omne qd vel dici vel ītelligi pōt ini
tiuꝫ gnātam eē sapiētiā credendū ē: hoc ipse. ¶ P̄. sup-
pono: q̄ vt pꝫ ex dictis. aliqd eē origine prius aliquo nō
est aliud q̄ ipm̄ esse cām vel p̄n^m illius: seu originans il-
lud ⁊ nō eꝯ: ⁊ eē posteri⁹ origie nō est aliud q̄ eē origina-
tuꝫ ab illo quo ē posteri⁹: ⁊ nō esse origināns illud: ⁊ simi-
liter habere aliqd origine p̄us idē est qd alteri pducen-
do cōicare: vel fm̄ istos ideꝫ est qd hr̄e illud a se ⁊ nō ex
alio: hr̄e vero in scd̄o signo idē ē qd habere ab alio ⁊ non
5 Sco. a se. ¶ Hoc premisso arguo primo sic. si pr̄ in scd̄o signo
originis ⁊ nō in p̄mo pducit filiū: ⁊ hꝫ actum prime fe-
cūditatis qui est gignere: g̊ pr̄ nō a se: sed ab alio hꝫ q̄ p-
ducit filiū: ⁊ hūc actū q est gignere. ꝯña pꝫ: sꝫ ꝯñs est fal-
sum: qꝛ aut h̄ hr̄et a filio: aut a spū sancto: ⁊ vtrūq̄ ē fal-
2^m sum. ¶ P̄. si p̄us origie pr̄ gnāt q̄ spirat: g̊ posteri⁹ origi
ne pr̄ spirat q̄ generat. ⁊ p ꝯñs nō spirat a se: qd nō est sa-
3^m ne dcm̄. ¶ P̄. actus p̄me fecūditatis quē dicūt eē in pa-
tre in scd̄o signo: aut est gnātio actiua: aut gnātio passi-
ua: si passiua. g̊ nō in pr̄e vt dicūt: si actiua cū ipsa fm̄ reꝫ
sit ipse pr̄: vt ipsi alibi dicūt: sequit̄ q̄ pr̄ nō erit in primo
4^m signo: sꝫ i scd̄o: qd repugnat dictis eorꝫ. ¶ Rursus lib. p̄
d. 1z. q. p̄^a ipsi dicūt q̄ oēm realitatē tā relatiuā q̄ absolutam quā
pōt pr̄ hr̄e: habet a se in p̄mo signo origis. ergo gnātionē
actiuā hꝫ i p̄mo signo originis: supposito q̄ illa sit i pr̄e:
vt ipsi dicūt: ⁊ p ꝯñs nō in scd̄o tm̄: sed i p̄mo signo origi-
nis est actus p̄me fecūditatis: ⁊ in p̄mo signo pr̄ gnāt: qd
5^m ipsi negāt. ¶ P̄. cum dicūt aliqd esse vel hr̄e aliqd i pri-
mo signo ⁊ aliqd in scd̄o: vel p hēͦ signa p̄muꝫ ⁊ scd̄ꝫ vo-
lunt quoquo mō aliquā durationē imaginabilē vl' exi-
stentem actual'r vel possibil'r: ⁊ tūc pꝫ euidēter hēͦ ppo-
sitiōes. pr̄ est in p̄mo signo ⁊ fili⁹ nō in p̄mo signo: sed in
scd̄o: ⁊ pr̄ prius gnāt q̄ spirat: ⁊ alias q̄s ponūt eē falsas.
⁊ cōtra sanā doctrinā fidei: que oēm prioritatē duratio-
nis negat in diuis ad intra: aut nullā talē prioritatē du-
ratiōis volūt ītelligi: sed p̄cise ītendūt significare p esse
vel pducere ⁊ hēͦ in p̄mo signo: q̄ illud tale conuenit illi
ex se: ⁊ nō ab alio seu q̄ ipm̄ est cā q̄ illud alij ꝯueniat ⁊
nō eꝯ. Et per eē in scd̄o signo ītendunt q̄ illō est tale ab
alio ⁊ nō a se. ¶ Et si sic tūc sequitur q̄ pr̄ pri⁹ spirat q̄ spi
ret fili⁹: qꝛ pr̄ ex se hꝫ ⁊ nō a filio aut aliquo alio: q̄ ipse
cap. 27. spiret: filius aūt hoc hꝫ a patre. vnde Aug. 15. de tri. Quo

inqt hꝫ fili⁹ vt sit deus: est. n. deus de deo: ab illo vtiq̄ hꝫ
vt etiā de ipso pcedat spūs sanctus. Et idē dicit in plu-
rib⁹ alijs locis eiusdē libri. ¶ Sed hui⁹ oppositū expsse
se dicit iste doctor li. p̄. dis. 1z. q. z. vbi ait q̄ nō est intelli-
gendū q̄ pr̄ spiret p̄us q̄ filius spiret: sicut prius origie
pater gnāt q̄ spiret pp ordinē p̄ncipiorꝫ: qꝛ tūc fili⁹ non
spiraret: vt argumētū deducit. argumētū aūt de quo fac̄
mētionē est h̄. si spūs scūs p̄intelligat̄ hr̄e p̄us eē a patre
q̄ a filio: tūc fili⁹ pduceret spm̄ scm̄ iaꝫ existētē: qd ꝯñs
iste doc. ꝯcedit eē īpole: ⁊ satis cito īfra dicit: nō est g̊ or-
do origis iter spirationē patris ⁊ filij: q̄si spiret pater in
aliquo signo origis: in quo nō spiret fili⁹: sed in eodeꝫ si-
gno origis sil' spirant: est tm̄ ibi ordo spirātiū in spirādo:
qm̄ pater i illo signo origis spirat a se: fili⁹ aūt non a se.
¶ Ex qb⁹ v̄bis appet q̄ vel nō accipiūt ista signa vt hn̄t
origis ordinē p̄cise: fꝫ h̄ q̄ est spirare a se: ⁊ spirare non a
se: sꝫ sil' volūt ītelligi q̄daꝫ signa durationis: sic innuūt v̄ba
sua: cū dicūt: q̄ fili⁹ tūc spiraret spm̄ scm̄ iam existētem:
quasi necesse sit p̄us nō fuisse spm̄ scm̄: aut si precise illo
p̄mo mō accipiūt: expssam ꝯdictionē in allegatis eorꝫ
verbis icludūt: cū dicūt q̄ nō p̄us spirat pr̄ q̄ fili⁹. Et cū
hoc inquit q̄ pater spirat a se: fili⁹ āt nō a se. ¶ P̄. cū di 6^m
cūt q̄ in eodē signo origis sil' spirāt. Quero aut sil' spirāt
in p̊ signo: ⁊ tūc sequitur q̄ fili⁹ spirat a se: aut sil' spirāt i si-
gno scd̄o: vel i tertio: ⁊ tūc sequitur q̄ pater non spiret a se:
qd ē falsuꝫ ⁊ ꝯ ipsos. ¶ P̄. cū dicūt h̄ eē i p̊ signo: ⁊ illud 7^m
in scd̄o: aut ly signo. supponit p aliquo: aut nō supponit p
aliq̊. Si det̄ scd̄ꝫ: sequit̄ q̄ q̄libꝫ hēͦ ppositionū affirma-
tiuarꝫ q̄s dicūt sit falsa: cū talis termin⁹ in q̄libet earuꝫ
denotet̄ p aliquo supponere. Si dicat̄ p̄mū: tūc aut sup-
ponit p aliquo: qd nec est de⁹ nec i deo: aut p aliquo qd
est in deo vel est deus: p̄muꝫ non potest dici: qꝛ sine quo-
libet tali deus trinitas esset: ⁊ pater gnāret ⁊ spiraret ⁊c̄.
que vere enunciamus de deo: ⁊ per cōsequens vanū est
talia fingere in proposito. Si dicatur scd̄m: aut supponit
precise pro eodem p quo supponit illud qd dicitur esse
in tali signo. verbi gratia. cū dicitur eēntia est in primo
signo. ly p̄mo signo. supponit pro essentiamet. Et cū dicit̄
generare seu dicere non est in p̄mo: sed in scd̄o signo. ly
scd̄o signo. supponit p ipso dicere: ⁊ tūc idem eēt dictu q̄
essentia est in eēntia. Et dicere nō est in eēntia: sed in di-
cere. Sil'r cū dicitur pater est in p̄mo signo: ⁊ filius nō ē
in p̄mo signo: sed in scd̄o: idē eēt ac si diceret̄: pater est in
patre: ⁊ fili⁹ nō est in patre: sed i filio: aut ly. signo. suppo-
nit i vtraq̄ pro aliquo eēntiali: aut i vtraq̄ p aliquo no-
tionali: aut in vna p eēntiali: ⁊ in altera p notionali. Et
q̄ocūq̄ detur exponendo propositiones fm̄ illaꝫ suppo-
sitionē termini: apparebit q̄ omnes vel earꝫ plures erūt
false vel iproprie penitus ⁊ impⁱnētes ad ppositaꝫ dif-
ficultatē. ¶ Cū ergo dari nō possit que sint hēͦ signa pro
quibus supponant hēͦ termini: iccirco tales locutiones
concedi vel admitti non debēt: quibus denotatur q̄ in
aliquo instanti vel signo priori pater est vel habet hoc
vel illud in quo fili⁹ nō est ⁊c̄. Sed solū dici dꝫ q̄ pater
est origine p̄or q̄ fili⁹. i. originat ⁊ pducit ipsum filium:
⁊ filius est origine posterior q̄ pater: qm̄ originatur seu
pducit̄ a patre: ⁊ q̄ pater ⁊ filius sunt p̄ores origie q̄ spi-
ritus scūs: ⁊ ille posterior eis. i. pater ⁊ fili⁹ pducūt: ⁊ spi-
rant spm̄ sanctum: ⁊ ille spiratur ab eis. Et qꝛ pcessio spi
ritus sancti nō proprie dicitur origo: iō ista prioritas (si
enūciari debeat cōi vocabulo vtriq̄ pductioni) meli⁹
noiat̄ p̄oritas cālitatis fm̄ intellectū supra datuꝫ vel p-
ducibilitatis q̄ p̄oritas originis. ¶ Vn̄ notādum cir- Ochaṁ
ca diuersos modos p̄oritatis (vt dicit quidam doctor) d. 9. q. p̄^a
q̄ ordiata fm̄ p̄us ⁊ posterius sunt in duplici differētia.

Naz aliqbus correspõdent aliqua extrĩseca ordiata: ita φ vnũ respondet vni: ꝛ alteꝛ alteri: sic illis q̃ sunt prius ꝛ posteri⁹ ẜm tps: vna pars tẽporis correspondet pori ꝛ alia posteriori. Silr his q̃ ordinant̃ ẜm locũ: q̃uis ille modus prioritatis nõ sit supra posit⁹: correspõdẽt diuerse ptes loci vna priori alia posteriori: ꝛ i talib⁹ qb⁹ sic diuersa extrĩseca correspõdẽt: proprius modus loquẽdi ẽ: φ prius ẽ i aliquo priori tẽpore in quo tẽpore nõ ẽ illud aliud: quo ipm ẽ pri⁹: ꝛ silr φ ẽ prius localr vel ẜ3 locum est i aliquo loco priori i quo nõ ẽ illud quo ip3 dr̃ eẽ pri⁹ localr: ꝛ i talib⁹ rõnabilr querit̃. vtrũ i illo priori i quo ẽ vel h3 h vel illud ꝛ h3 illud qδ dr̃ pri⁹ sit posteri⁹ vł nõ: ꝛ pcise de ordiatis ẜ3 tps ꝛ durationẽ ɔcedi debẽt distiñcta istãtia vel signa. δ ordiatis aũt localr distincta loca.
¶ Quedam vero sunt ordiata ẜm pri⁹ ꝛ posteri⁹ qbus nõ respõdent talia diuersa extrĩseca ordiata: ꝛ in talibus nõ ẽ propri⁹ modus loquẽdi nec rõnalis questio cũ q̃rit̃ vtrũ i illo priori i quo ẽ prius sit posterius. vbi grã. i prioritate ẜm pfectionẽ totũ dr̃ pri⁹ sua pte: q̃ tam̃ prioritas nõ attẽdit penes aliq̃ extrĩseca quoꝝ vnũ respõdeat toti: aliud vero parti: ꝛ ideo non pcise dr̃ proprie: φ totum sit i aliquo pori in quo nõ sit ps: nullũ. n. pri⁹ fingi põt in quo sit totũ ꝛ nõ ps: alias totũ nõ icluderet pteꝫ: imo cũ in tali poritate nihil sit pri⁹ nisi totũ: ꝛ nihil posteri⁹ nisi pars: si talis modus loquẽdi reciperet̃: poti⁹ deberet cõcedi φ posteri⁹ est i aliq̃ priori i quo nõ est p̃us q̃ eꝫ. q2 pars ẽ i toto: ꝛ nõ eꝫ. Silr est de poritate nãe ꝛ cãlitatis.
Et sic nõ dant̃ signa vł istãtia pfectiõis vel dignitatis: sic nõ dari debẽt signa vł istãtia nãe vel causalitatis aut origis. De hac ẽt mã ɔtra opionẽ eãdeꝫ aliqua dicta sũt supra. dis. 6. ideo nũc ptraseo. ¶ Ad rõnes questiõis. Ad pmã cũ dr̃ omne producẽs ẽ pus producto. si itelligat̃ δ prioritate causalitatis ɔcedo: ꝛ silr ɔcedo ɔña in eodem sensu. Si vero itelligat̃ de prioritate eternitatis vel tẽporis aut pfectionis vel nature. nego. Ad probationẽ dico: φ sicut prius q̃uis pncipalr ꝛ magis ꝑprie dicat̃ de priori ẜ3 tẽpus: vt dr̃. 5. meta. tñ et alijs modis dr̃: vt ibi patet: ꝛ supra habitũ est. Et q̃uis magis ꝑprie dicat̃ ẜm tẽpus: nihilominus sicut aliqd dr̃ prius ẜm cãm: sic põt dici esse añ ẜm cãm: ita φ prius ꝛ añ sint synonima: ꝛ φ ante nõ semp denotet prioritateꝫ tẽporis: p3 p illud apłi ad ephe. Elegit nos añ ɔstitutionẽ mũdi. Et illud p⁹ pe. Precogniti añ mũdi ɔstitutionẽ. vbi cõstat φ ante non notat tps pcedens: cũ añ ɔstitutionẽ mũdi nullũ tẽpus fuerit. ¶ Sic in ꝓposito ad auctoritatẽ Augu. cum ait. Aliogn erat anteq̃ erat. Dico φ nõ accipit añ ẜm tpus: aut aliquo alio pdictoꝝ modoꝝ: nisi ẜm cãm: ꝛ hoc p3: qm̃ aliter nõ valeret ɔña illa: sicut nõ tenet hec. a. pducit b. g̃ a. fuit per tps añ b. sic nec ista. a. pducit a. g̃ a. fuit per tps añ a. Et φ pma nõ teneat certũ est. qm̃ quedam sũt que hñt effectus sibi coeuos: ꝛ cũ illis simul incipiũt sicut ipsemet ostẽdit. 14. de tri. vbi ait. Quedã cognoscibilia cognitionẽ iterpositione tpis antecedũt: sicut sunt ea sensibilia que iã erant in reb⁹ tẽporalibus anteq̃ cognoscerent̃. Quedam vero simul esse incipiunt: velut si aliquod visibile qδ oino non erat ante oculos nr̃os oriatur: cognitionẽ nr̃am vtiq̃ non pcedit. aut si aliqd sonet vbi adest auditor: simul pfecto incipiũt eẽ: simulq̃ desinunt ꝛ sonus ꝛ ei⁹ auditus: verũtamẽ siue tẽpore precedentia: siue simul eẽ incipiẽtia cognoscibilia cogitatõeꝫ gignunt: nõ cogitatione gignunt̃. Idẽ etiã ponit. 6. libro de igne ꝛ splẽdore qui ab ipso diffũdit̃. ¶ Et per h etiã p3: φ non sequitur φ pducens sit prius eternitate q̃ pductum: φ etiã nec perfectione nec nã ex h ostenditur: φ ignis pducit ignẽ eque sibi pfectũ: ꝛ qui põt existere eo destructo. Dõm g̃ φ Aug. sumit ibi ante ẜm cãꝫ: ꝛ tũc optime tenet illa ɔña. Nã in qbuslibet pducẽs est causa pducti ꝛ nõ eꝫ. productum est cã producentis in eodẽ genere cause: ꝛ ideo seqtur. a. pducit b. igr̃ a. est pri⁹ cãlitate q̃ b. ꝛ silr seqtur. a. pducit a. ergo a. est prius causalitate q̃ a. S3 dicet̃ φ sic dicẽdo: ꝛ si ɔña ostendat̃ eẽ bona: pbatio tñ nulla est: qm̃ ɔña nõ est magis incõueniẽs q̃ añs. imo nec videt̃ differre. Naz idẽ vr̃ significare. a. producit a. ꝛ a. est prius cãlitate vel pducibilitate q̃ a.
¶ Respõdeo φ vtrũq̃ est incõueniẽs: sed ɔñs ẽ primo attentius incõueniẽs. Et ad ipm de magis proximo seqtur ɔdictio: nec ẽt est oino idẽ significatione cũ antecedẽte. Nã eẽ prius cãlitate significat vltra eẽ cãꝫ: φ causatum nõ sit cã cause: sicut supra habitũ est. Si aũt a. est prius causalitate q̃ a. seqtur φ a. sit causa ipsi⁹ a. et non sit cã illius a. qδ est cõtradictio. qδ p3. Nã seqtur. a. ẽ pus causalitate q̃ a. ergo a. qδ est sic pus est cã ipsius a. ꝛ tũc seqtur. g̃ a. quo illud est pri⁹ nõ est cã ipsi⁹ a. loquẽdo sp in eodẽ genere cause: ꝛ per ɔñs a. est cã ipsius a. ꝛ nõ ẽ cã ipsi⁹ a. ꝛ sic cũ ait: aliogn erat a. anteq̃ erat: idẽ intendit: ac si diceret̃ erat pri⁹ cãlitate seipso anteq̃ erat. ¶ Eodem mõ intelligendus est Aug. pmo de trini. cum ait: sicut in qbusdaꝫ libris reperit̃: nulla. n. oino res est que seipsaꝫ gignat vt sit. si quid. n. seipm gigneret seipso: profecto prius ꝛ posteri⁹ eẽt: q̃uis cõmunius hec pbatio i libris nõ reperiat̃. itelligendũ est inq̃ de poritate ꝛ posterioritate causalitatis. ¶ Ad pb3 dõm φ pbs nõ vult φ quodlibet agens vel mouens pcedebat tẽpore illud qδ agitur vel mouetur: hoc autẽ falsuꝫ esset: vt iaꝫ patuit δ sensibili: qδ simul incipit eẽ ꝛ mouere sensum ꝛ agere significationẽ. Et similr ẜm. P. mouens celum non precedit tempore celum quod mouet̃: neq̃ motuꝫ eius. Sed intentio sua est φ aliqδ agens precedit suum effectum. Et aliquod mouens suũ motum: nulla autẽ forma pcedit reꝫ cuius est forma. Et loquit̃ de precessiõe tẽporali.
¶ Ad scdam rõnem dicẽdum φ cuius generatio ẽ mutatio: ipsuꝫ vtiq̃ habet eẽ post nõ esse: cuius autem generatio nõ est mutatio: qualis est generatio filij dei: ipsum non habet esse post nõ esse. ¶ Ad tertiã cuꝫ dicit̃. omne producens preintelligit̃ sue productioni. dicẽduꝫ φ hic potest esse sensus duplex. vnus φ prius intelligat pducens esse q̃ intelligatur pductio siue φ prius intelligatur pducens eẽ q̃ intelligatur pducens producere: ꝛ sic siue sic sit siue non: non est ad ꝓpositũ: q2 hoc concesso: nõ argr̃ prioritas aliqua inter producens ꝛ productum: sed solum inter intellectionem ꝛ intellectum. Alius sensus potest esse: φ omne producens intelligit̃ siue potest vere intelligi esse prius q̃ sit sua productio: ꝛ tunc cõcedo de prioritate causalitatis: si productio sit elicita: secus autem si nõ. Cum probatur: quoniaꝫ agere presupponit esse: hic etiaꝫ potest esse sensus duplex: vnus. i. agens est prius q̃ sua actio: ꝛ concedo de prioritate causalitatis. Nã agens causa est sue actionis: ꝛ non ecõuerso. de alijs vero prioritatib⁹ supra dictis. nego. Alius sensus ẽ agere presupponit esse. i. agẽs prius est q̃ agat: ꝛ q̃uis hec posset concedi: q2 est indefinita: hec tamen vniuersalis omne agens prius est q̃ agat: falsa est de virtute sermonis. Naz ipsa non videtur proprie posse intelligi: nisi de prioritate durationis: ẜm quã ipsa est falsa: vt ex dictis p3. Si tamen isti termini agere ꝛ esse supponerent materialiter: pro istis terminis est ꝛ agit: tunc posset concedi propositio de prioritate ɔmunitatis ꝛ consequentie: que est inter terminos. Naz omne quod agit est: ꝛ nõ oẽ qδ est agit. Similiter bene sequitur: hoc agit: g̃ est: quocũq̃ vtrobiq̃ δmõstrato. Et nõ seqtur hoc est: ergo hoc

Ad rões pnci. q.

T. c. 16.

capi⁹ p
capi⁹ p

capi. 10.

capi⁹ p

capi. p

12. lib. 16.

Ad 2m

Ad 3m

agit. Sed de hac prioritate nihil ad propositũ: est.n. q̄stio non de terminis: sed de personis diuinis que nõ sũt termini neq̄ signa. ❡ Ex his p̃z ꝙ nõ põt in proposito aliq̃ prioritas ↄcludi inter p̃rẽ ⁊ filiũ: nisi causalitatis: ⁊ illaȝ ↄcedo: cũ ipse sit pricipiũ eiꝰ ⁊ non ecõuerso. ❡ Ad ↄfirmationẽ negãdũ est antecedẽs: ꝓp falsas implicatiões: implicat.n. ꝙ nature ad suppositũ sit habitudo: ⁊ siͥr ꝙ nature diuine ad productionẽ filij sit habitudo: ⁊ ꝙ nã diuina sit pricipiũ productiõis filij: que oĩa falsa sũt. Nã nã diuina est ip̃m suppositũ ⁊ ipsa productio filij. ❡ Ad probationẽ cũ dĩ: agere p̃supponit eẽ: respõsuȝ ẽ. Si aũt illud añs: habitudo nãe ad suppositũ ẽ prior habitudie eiꝰ ad actũ scḋȝ: nõ sumeret̃ s̃ȝ proprietatẽ sermõis: s̃ȝ loco huiꝰ: suppositũ priꝰ ẽ q̃ȝ agat: vel q̃ȝ sua actio. p̃z q̃d sit dĩm ex solutione precedentis rationis ⁊c̃.

❡ Distinctionis .X. Questio. I.

pnm CIrca distinctionẽ .io. Quero: an volũtas diuina sit pricipiũ productiuũ spũs sancti. ❡ Arguit̃ ꝙ sic. Nã principiũ productiuũ amoris mutui patris ⁊ filij ẽ pricipiũ productiuũ spũs sãcti: sed volũtas diuina ẽ pricipiũ amoris mutui p̃ris ⁊ filij. g̃ ⁊c̃. maior p̃z: q̃ꝛ per multas sanctoꝝ auctoritates magister probat i p̃nti distĩctiõe ꝙ spũs sanctus est amor cõis ⁊ mutuus p̃ris ⁊ filij: mĩor ẽt p̃z: q̃ꝛ hõ amor est vere ꝓductus ⁊ spiratus: ⁊ per ↄñs aliq̃d est eiꝰ p̃cipiũ ꝓductiuũ: ⁊ nõ appet aliḋ q̃ȝ volũtas patris ⁊ filij: q̃ꝛ oĩs amor ꝓductus a volũta-
2m te elicit̃. ❡ 2º spũs sanctus libere ⁊ nõ nãliter ꝓducitur: ergo volũtas ẽ p̃cipiũ ꝓductiuũ eiꝰ. ↄñã p̃z: q̃ꝛ prima radix libertatis est in volũtate. Et añs p̃z: q̃ꝛ spũs sc̃us ꝓcedit nõ q̃ñ natus: s̃ȝ q̃ñ datus: ⁊ donũ patris ⁊ filij:
cap. 14. vt p̃z per Aug. 5. de tri. ⁊ sequenti. de rõne aũt doni est ꝙ libere donetur. quare ⁊c̃.

Contra essentia diuina nõ est p̃cipiuȝ ꝓductiuũ filij. vt supra p̃z. dis. 5. ⁊ eadẽ rõne nec spiritus sancti: ergo volũtas diuina nõ est pnm ꝓductiuum spũs sancti. ↄñã p̃z: q̃ꝛ volũtas dĩna est penitus indistĩcta ex nã rei ab ipsa eẽnᵃ ⁊ oĩo sibi eadẽ: vt supra p̃z. d. 8.

Hic duo tangunt̃ vidẽda ꝓ p̃nti quesito. vnũ ẽ qḋ querit̃: aliud vtrũ spũs sanctus producat̃ libere vel nãliter: qḋ iplicat̃ i sc̃do argumento.

pnm art. Quantum ad primũ loquẽdo ↄformiter ad illḋ qḋ supra. dis. 2. dictũ ẽ de pricipio ꝓductiuo filij. Dico ꝙ volũtas nõ ẽ principiũ spũs sancti ꝓductiuũ: qḋ ꝓbo ꝑ similes rõnes q̃bꝰ ꝓbatũ est ꝙ eẽn-
pm tia dĩna nõ ẽ pricipiũ ꝓductiuũ filij. ❡ Primo sic. oẽ qḋ est pnm ꝓductiuũ spũs sancti: ꝓducit spm̃ sc̃m. voluntas diuina nõ ꝓducit spm̃ sc̃m: g̃ ⁊c̃. minor p̃z: q̃ꝛ sic̃ eẽntia cõis nõ gnãt aut gnãtur: nec spirat aut spirat̃: vt dic̃ cõciliũ: sic nec volũtas: cũ volũtas sit idẽ eẽntie adequate ⁊ oĩbꝰ modis ex nã rei. Maior vero ꝓbat̃: q̃ꝛ in deo nõ distiguit̃ pnm ꝓductiuũ a pricipio qḋ ꝓducit: vt ibi ꝓbatũ ẽ. g̃ oẽ qḋ in deo pnm ꝓductiuũ ẽ ꝓducit. ⁊ ꝑ ↄñs oẽ
2m pnm ꝓducẽs spm̃ sanctũ: ꝓducit spm̃ sc̃m. ❡ 2º volũtas dĩna ẽ spũs sanctus: g̃ volũtas dĩna nõ ẽ ꝓductiua spũs
3m sancti. p̃z añs: ⁊ ↄñã ꝓbat̃. vt ibi. ❡ 3º si volũtas dĩna eẽt pnm ꝓductiuũ spũs sancti: ipsa diceret̃ relatiue ad ip̃m. ↄñs ẽ falsuȝ. ↄñã p̃z. ⁊ falsitas ↄñtis declarat̃: sic̃ ibi declaratũ ẽ. ❡ Et rñsiões q̃ dari possent reprobant̃: vt ibi supra ꝓbatũ ẽ d volũtate: sic põt ꝓbari d eẽntia ⁊ nã dĩna: vt ẽ cõis tribꝰ. Q̃uãuis.n. volũtas dĩna sit p̃r q̃ ẽ pnm ꝓductiuũ spũs sancti: ipsa t̃ñ nõ ẽ pnm ꝓductiuũ spũs sãcti
ↄ 3. ar. mltĩ doctores qḋ idẽ ẽ dictũ: sic̃ q̃uis essentia dĩna sit p̃r q̃ gnãt: ipsa t̃ñ nõ gnãt vt dicit ↄciliũ. ❡ Cõtra istã p̃nẽ arguit̃ a q̃busdaȝ sic. Quecũq̃ volũtas p̃fecta h̃ñs obm̃ diligibile sibi p̃ntatũ ẽ pnm ꝓducẽdi amorem adeq̃tũ sibi ⁊ obto. i. amorẽ tãtũ q̃ñtũ põt h̃re respcũ talis obiecti. g̃ voluntas dĩna h̃ñs eẽntiã dĩnã sũme sibi p̃ntataȝ ⁊ diligibileȝ est pnm ꝓducẽdi amorẽ adeq̃tũ sibi ⁊ illi obto: cũ aũt tã ipsa q̃ȝ eẽntia sit ĩfinita: amor adeq̃tus ei necc̃io ẽ infinitꝰ: ⁊ ꝑ ↄñs volũtas dĩna ẽ pnm ꝓducẽdi amorẽ ĩfinitũ. Et vltra vt idẽ doc. alibi deducit: vlteriꝰ cũ amor ĩfinitus sit deꝰ ⁊ ꝑ se subsistẽs: ⁊ ꝓductũ necc̃io sit distictum a ꝓducente: q̃ꝛ nihil ꝓducit se: seq̃tur ꝙ ille amor sit p̃sona subsistẽs disticta a ꝓducẽte. talis aũt p̃sona ẽ spũs sc̃us: g̃ volũtas
dĩna ẽ pnm ꝓducẽdi spm̃ sc̃m. ❡ Alij ꝓbãt idẽ sic. scḋȝ fidẽ spũs sc̃us ꝓducit̃ a p̃re ⁊ filio: g̃ si sit aliqḋ pnm ꝓductiuũ illiꝰ cũ illḋ nõ posset eẽ relatio: q̃ꝛ vna relatio nõ põt eẽ pricipiũ elicitiuũ alteriꝰ relatiõis correlatiue nec sui ipsiꝰ: oꝛȝ ꝙ p̃cipiũ elicitiuũ sit aliqḋ absolutũ: s̃ȝ nihil ẽ absolutũ i dĩnis: nisi eẽntia dĩna: q̃ oĩbus modis ex nã rei ẽ volũtas. g̃ nisi aliqs modꝰ logycalis vel grãmaticalis ipediat: sic̃ ↄcedẽdũ ẽ d eẽntia ꝙ ẽ principiũ elicitiuũ spiratiõis: ita eodẽ mõ ↄcedẽdum ẽ de volũtate. Alij doctores
❡ 2º s̃m istos spũs sc̃us ẽ amor ⁊ caritas: s̃ȝ talis p̃sona ꝓducit̃ a volũtate tãq̃ȝ a pricipio elicitiuo. g̃ ⁊c̃. 2m
❡ Ad primũ dico ꝙ añs nõ ẽ veꝝ d volũtate illa q̃ ẽ amor illiꝰ obti: talis.n. volũtas nõ plus ẽ principiũ ꝓducẽdi illum amorẽ: q̃ȝ sit pricipium ꝓducẽdi se ipsaȝ: ⁊ q̃ȝ amor ille sit pnm ꝓducẽdi volũtatẽ aut seip̃m: dĩna v̾o volũtas ẽ suus amor: ⁊ amor eẽntie dĩne ẽ spũs sc̃us: sic̃ eẽntia dĩna q̃ ẽ sua volũtas ẽ spũs sc̃us: ⁊ iḋ nõ ẽ pnm ꝓducẽdi spm̃ sc̃m vel amorẽ suũ: ex quo ẽt p̃z ꝙ nõ ẽ d rõne volũtatis i cõi nec sibi ꝑ se ↄuenit: ꝙ sit pricipiũ ꝓducẽdi amorẽ suum. Nec seq̃tur. volũtas creata ẽ pricipiũ ꝓducẽdi amorem suũ. g̃ ⁊ q̃libȝ volũtas aut volũtas dĩna: sic̃ isti idẽ alibi ad istḋ ꝓpoᵐ v̾tualr̃ sumũt. ❡ Ad scḋaȝ ↄcedo añs. ⁊ cuȝ Ad pm
infert̃. g̃ si sit aliqḋ pnm ꝓductiuũ: illud ẽ absolutũ. nego ↄñaȝ. dico ꝙ p̃r ⁊ siͥr filiꝰ ẽ p̃cipiũ ꝓductiuũ spũs sãcti: Cũ ꝓbat̃ ꝙ nõ: q̃ꝛ relatio nõ ẽ p̃cipiũ productiuũ relatiõis relatiue. h̃ q̃dẽ falsuȝ ẽ: ⁊ s̃ȝ istũ sic arguẽtẽ: ⁊ p̃z falsitas. i dĩnis qḋ. nã p̃r pnm ꝓductiuũ ẽ filij: ⁊ relatio p̃ris ad filiũ: q̃ nõ ẽ aliq̃ entitas disticta a p̃re: sed est ipse p̃r: ẽ etiã p̃cipiũ ꝓductiuũ filiatiõis: sicut ⁊ filij q̃ ẽ ipa filiatio subsistẽs: vt filiatio sumit̃ ꝓ relatiõe correlatiua paternitatis: g̃cq̃d g̃ ẽ pnm ꝓductiuũ filij: est productiuum filiatiõis ⁊ cuiuscũq̃ p̃r ẽ ꝓductiuus: eiꝰ ẽ ꝓductiua paternitas: i creaturis ẽt: supposito ꝙ relatio nõ sit entitas s̃m se disticta ab entitatibꝰ absolutis: ⁊ infra ostendet̃: ⁊ iste doctor ↄcedit: s̃ȝ sit eadẽ entitas cũ entitate absoluta necesse ẽ ↄcedere: ꝙ sic̃ calor ẽ ꝓductiuus caloris: sic relatio ꝓductiui ad producẽtẽ vel productũ q̃ ẽ eadẽ calori producto. ❡ Et si dicat̃ ꝙ q̃uis p̃r ⁊ filius sint pnm productiuũ spũs sancti: pnm q̃dẽ qḋ: nõ t̃ñ pnm q̃. ⁊ de isto est qḋ. ❡ Dõȝ ꝙ talis distictio p̃cipioꝝ qḋ ⁊ quo. locuȝ nõ h̃ȝ i deo: vbi pnm qḋ. ẽ simplex oĩno sic̃ supra. dis. 7. declaratũ est. ❡ Ad tertiã rõnẽ ↄcedo ꝙ spũs sc̃us ẽ charitas p̃ris ⁊ filij: ⁊ cũ dĩ ꝙ talis p̃sona producit̃ a volũtate tãq̃ȝ a pnº elicitiuo. nego: s̃ȝ dico ꝙ producit̃ a p̃re ⁊ filio q̃ sũt volũtas: ⁊ p̃r ⁊ filiꝰ q̃ sũt volũtas sũt pnm ꝓductiuũ spũs sancti: nec ex h̃ seq̃t: ꝙ volũtas sit pnm productiuũ spũs sãcti: sic̃ nõ seq̃t̃ p̃r q̃ ẽ eẽntia gnãt. g̃ eẽnᵃ gnãt ⁊c̃. Ad 2m.
Ad 3m

artic. 2ᵘˢ Quantuȝ ad scḋȝ arti. vtꝝ spũs sanctus producatur libere vel naturaliter: respõdet idẽ doc. ꝙ producit̃ libere. nõ aũt nãliter: sic̃ ecõuerso filius producitur naturaliter ⁊ non libere. vnde ex dictis eius possunt accipi quattuor cõclusiones ad propositũ. pª est ꝙ spũs sc̃us producit̃ necessario. 2ª ꝙ producit̃ libere Tertia ꝙ nõ producit̃ nãlr̃. 4ª ꝙ necessitas ⁊ libertas
Quidaȝ doctor

sunt ɔpossibiles eidē pncipio productiuo respectu eius/
pᵐ dem productiōis. ¶ Prima ꝯ probaᵗ: qꝛ volūtas diui/
na necessario est pncipiū volēdi diuinam eēntiā. ergo in
supposito ɔueniēte ꝑductioni: sicͭ ē pr̄ ꝛ filiꝰ necessario ē
pncipi uni ꝑducēdi amorē adequatū sibi ꝛ essentie itel/
ligēdo adequationē: sicut i pmo articulo expositū ē. talis
aūt amor ꝑductus spūs sanctus ē. Aῆs pbaᵗ per hoc: qm̄
volūtas diuina necessario est i actu scd̄o ꝛ recto: ꝛ respe/
2ᵐ ctu pmi obti: hoc aūt est eēntia diuina. ¶ 2ᵃ ꝯ pbaᵗ sic:
volūtas diuina est pnᵐ libere volēdi essentiā diuinam.
ergo est pnᵐ libere ꝑducendi amorē adeqͣtum ꝛc. ꝛ per
ɔn̄s spm̄ sanctū. Aῆs pbaᵗ: qm̄ ois potētia opatiua circa
vnū in ordie ad aliud est opatiua circa vtrūqꝫ: sicut poᵃ
cognitiua ꝯnis pp pnᵐ: est ēt cognitiua pncipij: sicut ar/
t.c.144. guit ēt. P. 2ᵒ de aīa. de sensu cōi: ꝛ eadē rōne potētia opa/
tiua eiꝰ qđ est ad finē pp ipm finē: etiā est opatiua circa
finē: sꝫ volūtas diuina ē opatiua ꝛ volitiua eorū que sūt
ad finē. i. creaturaꝝ pp finē: qui finis ē eēntia diuina. ğ
est etiā opatiua circa eēntiā. Cū ergo circa ea que sūt ad
finē sit opatiua libere ꝛ nō nāliter. ğ etiā libere ꝛ nō na
turaliter erit opatiua circa diuinaꝫ eēntiā: ꝛ p ɔn̄s libe/
re vult illā: ꝛ ɔn̄a pꝫ: qm̄ ipoīe ē q oppositi modi operā/
di vel pncipiādi ɔpetant eidē principio ꝑductiuo: tales
autē sunt modi pncipiādi nāliter ꝛ libere: q pmo distin/
T.c.49 guunt potētiā actiuā: vt pꝫ. 2ᵒ. phycoꝝ. Unde ex h̄ pos/
set verius argui ad ꝑpositū sic: volūtas diuīa est pnᵐ ꝑ/
ducendi creaturas libere. ergo est pnᵐ ꝑducendi libere
spm̄ sanctū. ɔn̄a pbaᵗ: supposito q ipsa sit pnᵐ ꝑducēdi
spm̄ sanctuꝫ: ex h̄ q modi ṗdicti producēdi eidē pnᵒ ꝑ/
ductiuo nō pn̄t cōpetere. ¶ Et p idē probaᵗ. 3ᵃ ꝯ sic vo/
luntas est pnᵐ producēdi libere spm̄ sanctū. ergo nō nāl'r
3ᵐ Quarta ɔclusio probaᵗ. pmo aucto. Aug. in ench. d. neqꝫ
cap. 15. eniꝫ culpanda est volūtas: aut volūtas nō est: aut libera
dicenda nō est qua beati sic eē volumus vt eē miseri nō
solū nolimus: sed nequaqͣ prorsus velle possimᵘ: sicut ğ
aīa nostra ēt nūc nolle ifelicitatē: ita tūc velle inigtateꝫ
nō poterit. Ex hac auc. pꝫ q btitudinē ꝛ necessario ꝛ libe
re volumus: ꝛ p ɔn̄s ꝛ necessitas ꝛ libertas eideꝫ pnᵒ re/
spectu eiusdē operis ɔueniūt. ¶ 2ᵒ idē probaᵗ rōne: qꝛ li
bertas est ɔditio itrinseca volūtatis vt ɔparaᵗ ad actū:
q ğ nō repugnat volūtati vt ɔparaᵗ ad actū non repu/
gnat libertati eiᵒ: sed necessitas eiᵒ nō repugnat volūta/
ti cōparate ad ꝑductionē: cū ipsa sit pncipiuꝫ necessario
producēdi amorē: vt est probatū. ğ necessitas non repu/
gnat libertati volūtatis in cōparatiōe ad eādē ꝑductio/
nem. ¶ 3ᵒ necessitas nō tollit ɔditionē pncipij producti/
ui pfecti: cū ipsa sit pfectio in pncipio ꝑductiuo. Nā in
omni ɔditiōe entis cui est possibilis ipsa ē pfectionis: eo
q sit nobilior ɔn̄a entis. Est aūt possibilis productioni
eiᵒ cuius neutrū extremū regrit ɔtingētiā in productōe
vt est in proposito de productiōe spūs sancti. ğ ipsa non
tollit libertatē q̄ est ɔditio principij productiui pfecti.
¶ Et si dicaᵗ quō est hoc possibile cū liberꝫ ex eo q libe
ruꝫ est: videaᵗ posse ɔterminare se ad hoc producēdum
et ad suū oppositū. q aūt necessario producit ɔtermina/
tuꝫ ē ex se ad vnū. Respōdēt q sicut q̄libꝫ forma actiua
seqtur imediate q sit pnᵐ agenti: ita imediate cōseqtur
eaꝫ proprius modus agēdi. Et iō sicut nō est aliq̄ cā. q̄re
talis forma agat: nisi qꝛ est talis forma. ita nō est aliqua
cā. q̄re hꝫ talē modū agēdi: nisi qꝛ est talis forma. vn̄ sic
nō est alia cā. q̄re calor est calefactiuus: nisi qꝛ calor ē ca
lor: ita nō est alia cā: quare calor est pncipiuꝫ agēdi nāl'r
seu p modū nāe: nisi qꝛ calor est calor. ¶ Eodē mō sicut
nō est alia cā. q̄re volūtas vult sic. s. libere necessario vel
ɔtingēter: nisi qꝛ volūtas est volūtas: nec iste ɔditiones

actiōis necessitas vel ɔtigētia sunt dr̄ie essentiales acti/
ui pncipij. Sꝫ accidētales nō ɔuertibiles: cū actiuo pnᵒ
nāli: nec cū libero. vn̄ ꝛ actiuū nāle pōt ɔtingēter agere:
qm̄ pōt ipediri: ꝛ p ɔn̄s pari rōne actiuū liberꝫ pōt nec̄io
agere. ¶ Hec opio plura falsa ɔtinet. ꝛ iō pro eiᵒ iprobaᵗ/ ꝯ opīo. il
tione: ꝛ solutiōe pn̄tis articuli pono tres ꝯnes. ¶ Pria liᵒ doct.
q libertas ꝛ necessitas in agēdo nō sūt ɔpossibiles i eo/
deꝫ pnᵒ respcū eiusdē actiōis. Siue qđ idē ē dictu. non ē
possibile idē productiuū vel actiuū agere vel producere
idē libere ꝛ necessario. Et accipio liberꝫ: vt distiguiᵗ cō/
tra nāle: ꝛ libere agere ꝯ nāliter agere: ꝛ sꝫ q istis termi
nis vsi sunt sancti ꝛ phi ꝛ doc. cōiter. ¶ 2ᵃ q idē pnᵐ pt
esse pnᵐ nāle: vnius productiōis: ꝛ liberꝫ respcū alterius.
¶ 3ᵃ q spūs sanctus producit nāliter ꝛ nō libere: ꝛ i oī/
bus sumo hūc terminū liberꝫ vel libere: vt distinguiᵗ ꝯ
nāle: ꝛ nāliter sicut prius. ¶ Pria ꝯ depēdet in sua pro/ pᵃ ꝯ
batiōe ex dr̄ia modi agēdi nāliter ꝛ libere: siue agentis
liberi ꝛ nālis inq̄ʒtū hꝫ. Et dico q dr̄ia ɔsistit in hoc qm̄
illud dr̄ agens nāle: qđ positis oībus reqsitis ad agēduꝫ:
ꝛ nullo existēte ipedimēto ita q possit agere necessario
agit: nec est i eiᵒ potestate nō agere: agēs vero illud dr̄ li/
berꝫ qđ eodē mō oībus positis ita vt possit agere nō ne/
cessario agit: sed i potestate eiᵒ ē vt agat ꝛ nō agat. Et q̄/
uis euidēs sit: vel faciliter eē possit aliq̄ talia eē: q tn̄ il/
lud dicaᵗ nāle: illud vero liberꝫ probari nō pōt nisi per
auctoritatē. ¶ Et illud probo pmo p phm̄. 9. metaph. T.c.10.
vbi dans dr̄iam iter potētias actiuas rōnales ꝛ irratio/
nales ait tales gdeꝫ potētias. s. irrationales necesse ē qn̄
vt possint actiuū ꝛ passiuū appropinquāt: hoc gdē face/
re illō vero pati: illas vero. s. rōnales: nō necesse ē supple
hoc facere ꝛ illud pati. Sꝫ constat per oēm cōcessionē ꝛ
per illūmet doctoreꝫ: cuius est opinio recitata: q hic. P.
per potētias irrōnales itelligit eas quas cōiter vocanᵗ
actiuas nāles. vn̄ ipsemet. d. q ista diffinitio ē eum illis
eadem: quas. P. ponit in scd̄o physicorum de causis agē/ T.c.49
tibus fm̄ propositum: ꝛ nō fm̄ propositū: quas post vo/
cat intellectum ꝛ nām: vnde per ista tria nō fm̄ propo/
situ: a nā: ꝛ potētia irrationalis intelligitur vt. d. illō pri/
cipium actiuum: qđ cōiter dicimus nām. ğ fm̄. P. ꝛ istū
doc. principiū actiuū nāle dr̄ illud: quod necessario agit
duꝫ est in dispositione: in qua pōt agere: ꝛ p ɔn̄s pricipiū
liberꝫ ex opposito ɔstitutū ē illud qđ nō necessario agit:
sed pōt agere ꝛ nō agere: vt dcm̄ est. Hoc idē pꝫ. p Augu. capiᵒ p.
3ᵒ de lib. ar. vbi querens an motᵘ volūtatis: quo ipsa ab
incōmutabili bono auertiᵗ ꝛ cōuertitur ad cōmutabile:
sit ei nālis: sicut motus deorsuꝫ nālis est lapidi. determi
nat q nō: ꝛ dans ɔueniētiā ꝛ dr̄iam iter eos in ordie ad
lapidē ꝛ volūtatem: ait. in eo est silis illi motui quo dor/
suꝫ versus lap. ferᵗ: qm̄ sicut iste proprie est lapidis: sic il/
le animi. verūtamē in eo dissimilis: qđ in potestate non
habꝫ lapis cohibere motum quo mouetur inferius: ani/
mus aūt dū non vult non ita moueᵗ: vt superiorībᵘ de/
sertis iferiora diligat: ꝛ iō lapidi naturalis est ille motᵘ:
animo vero iste volūtarius: vbi pꝫ: q ideo dicit descēsū
esse lapidi nālem: qꝛ nō est in potestate lapidis cohibe/
re descēsum suuꝫ. i. nō descēdere siue moueri deorsuꝫ: il/
le vero motus animi: iō nō est ei nālis: sed volūtariᵘ vt
volūtariuꝫ cōtra naturale distinguitur: qꝛ in eiᵒ potesta/
te est nō sic moueri. ¶ Itē ifra. dicit q non est nobis li/ capiᵒ 5.
berꝫ: qđ in potestate non habemus: aut potest esse liberꝫ
quod habemus in potestate. ¶ Ex quo pꝫ scd̄m ipm. q
omne qđ est nobis liberū est in potestate nostra: illō aūt
solū dr̄ eē i potestate nr̄a qđ possumus facere ꝛ nō face/
rē. vnde. P. tertio ethicorum dicit: q in quibus est i no/ capiᵒ 4.
bis. i. in potestate nostra operari ꝛ non operari supple

est in nobis:⁊ in quibus non ē t.i.in quibus est in nobis
non operari:etiā opari ē in nobis.ğ illō solū ē i nobis li/
berū:sic accipiēdo liberū:quod ⁊ ei⁹ oppositum possum⁹.
cap°.28. ¶ Itē Dam.2°.lib.Eoꝝ ingt que fiūt:hec qdē sunt i no/
bis:hec āt nō i nobis.ğ i nobis qdē sūt q̄ nos sumus libe
ri arbitrio facere ⁊ nō facere:hec.n.oīa q̄ ꝑ nos volūta/
rie aguntᷣ:nō.n.volūtarie dicerentᷣ agi actu nō exeūte in
nobis. Ex qb⁹ ēt pꝫ:ꝙ ea tm̄ volūtarie agere dicimur q̄
sunt i nobis:⁊ q̄ facere ⁊ nō facere possum⁹:⁊ volūtariuꝫ
accipit:sicut supra Aug.Ex his oīb⁹ manifeste colligitᷣ:
ꝙ respcū illi⁹ tm̄ ṗnᵐ actiuū dᷣ eē liberū qō ⁊ suū opposi/
tū est i ei⁹ potestate:⁊ ꝑ ꝯñs illud tm̄ fit ab aliquo ṗnci/
pio libere:qō fit ab illo ꝯtigēter non necessario.¶ Ex q̄
vlteri⁹ seqtur ꝙ īpossibile ē idē ab aliquo fieri vel ꝑdu
ci necessario ⁊ libere:vt libere ꝑduci distiguitᷣ ꝯ ꝑduci
nāliter:aliogn idē ꝑduceretᷣ necessario ⁊ non ꝑduceretᷣ
necessario ab eodē qō iplicat ꝯtradictionē.¶ P̄.cōstat
ꝙ distinctio ṗncipij actiui vel ꝑductiui nālis:a ṗncipio
libero iquātū hui⁹:nō attēditur s̄m entitates eoꝝ i se ⁊
absolute:vt tales entitates sūt:qm̄ s̄m entitatē aliquā/
do vnū ṗnᵐ nāle magis ꝯuenit cū vno principio libero.
verbi grā.ṗnᵐ quo nāliter ꝑducitᷣ fili⁹ dei cū ṗncipio a
quo libere cāntur creature:q̄ꝫ duo libera ṗncipia iter se:
vt volūtas dei ⁊ volūtas nr̄a:quaꝝ vtraq̄ ē ṗnᵐ liberū:
sꝫ inq̄tū sūt actiua ⁊ ṗnᵐ actiuū.vn̄ vtrūq̄ dᷣ tale cōno/
tādo aliquo mō actū:vt pꝫ i diffinitiōib⁹ exprimētibus
qd nōis hoꝝ termioꝝ:ṗnᵐ liberū ⁊ ṗncipiū nāle.¶ Ista
ergo diuersitas vel sumitᷣ s̄m diuersitatē actuū: quoꝝ
sunt ṗncipia:vel s̄m diuersitatē modi eliciēdi vel ṗnci/
piādi suos act⁹ nō ꝑ mō. Nā duo ṗncipia actiua vnū nā/
le ⁊ alteꝝ liberū ṗnt siliuꝫ actuū:s̄m spēs esse ṗncipia:sicᷣ
de⁹ libere pōt ꝑducere calorē eiusdeꝫ spēi cū calore quē
ignis ꝑducit nāliter.ğ hec diuersitas sumitᷣ s̄ꝫ diuersos
modos ṗncipiādi:siue q₂ alr̄ ⁊ alr̄ ṗncipiāt suos act⁹:nō
aūt appet q̄ diuersitas illa sit:nisi q₂ B necessario ṗnci/
piat:illud aūt nō necessario sꝫ ꝯtigēter:seu q₂ hic hꝫ i sua
potestate actū suū illō vero nō:iux̄ itellectū supra datū.
Et ex B ēt statim ꝑbatᷣ ꝯ supra posita:qm̄ īpossibile ē ꝙ
eiusdē sit idē ṗnᵐ nec̄cio ⁊ libere:q₂ tūc esset necessario ⁊
2° ꝯ ꝯtigēter.¶ 2ᵃ ꝯ est ꝙ idē pōt eē ṗnᵐ nāle ⁊ liberū respcū
diuersaꝝ ꝑductionū:hoc ꝑbatᷣ ṗ:qm̄ de⁹ pr̄ est nāle ṗnᵐ
filij:vt supra.dis.6.pꝫ:⁊ oēs ꝯcedūt:⁊ idē ē liberū ṗncipiū
creaturaꝝ:nō.n.nāliter:sꝫ libere ꝑduxit ⁊ ꝑducit ad ex̄:
nec pōt dici ꝙ s̄ꝫ aliō ⁊ aliud ṗnᵐ quo.sit ṗnᵐ hui⁹ ⁊ illi⁹
ꝑductionis:cū ei⁹ simplicitas nō recipiat talē distictio/
nē ṗncipioꝝ vt supra ꝑbatū ē.dis.7.Et nihilomin⁹ si cō/
cederetᷣ talis distictio:illō idē hr̄etur.Nā s̄ꝫ doc.ꝯ queꝫ
arguo:eēntia dīna ē ṗnᵐ quo gnōnis filij ꝑtiale salteꝫ.vn̄
ipsa cū itellectu ꝯcurrit ad memoriā fecūdā q̄ ē ṗnᵐ gi/
gnēdi filiū s̄ꝫ ipm̄.Et ꝯstat ꝙ ē ṗnᵐ nāle nō liberū respe/
ctu gnōnis filij. Et tn̄ eadē ipsa penit⁹ idistīcta ē ṗnci/
piū creaturaꝝ:vt fatetᷣ ꝯciliū.ex̄.de sūma trini.⁊ fide ca
tholica.cap.Dānamus.Et ꝯstat ꝙ nō nāliter:sꝫ mere li/
2ᵐ bere ṗncipiat creaturas.¶ 2°.idē pōt eē ṗnᵐ contigēs ⁊
necessariū respcū diuersoꝝ.ğ idē pōt eē ṗnᵐ nāle ⁊ libe/
rū respcū diuersoꝝ.Añs pꝫ ēt s̄m doc.istuꝫ q̄ vult:ꝙ vo
lūtas dīna sit ṗncipiū necessariū ꝑductiōis spūs sancti:
⁊ ꝯtingēs ꝑductiōis creaturaꝝ:ēt s̄m veritatē pr̄ dinus
necessario ꝑducit:⁊ ambo spm̄ scm̄:⁊ tn̄ ꝯtigēter creatu/
ras.ꝯñā pꝫ:qm̄ nō ē maior impossibilitas ꝯñtis q̄ꝫ ańce/
dētis:qm̄ vel modi ṗncipiādi necessario ⁊ ꝯtingēter sūt
idē:cum modis ṗncipiādi nāliter ⁊ libere:vel modi ṗn/
cipiandi naturalr̄ ⁊ libere nō maiorē hn̄t incōpossibili/
tatē ad inuicē q̄ꝫ illi:sicut pꝫ in rationib⁹ eoꝝ:q̄ opponē
3ᵐ includunt respcū eiusdē.¶ P̄.sicut dcm̄ ē nāle ṗncipiū
⁊ ṗncipiū liberū non dicuntᷣ de aliq̄ absolute:sꝫ respectu
ad aliud.puta ṗncipiatū vel productionē:⁊ iō quāuis nō
possint verificari de eodē respcū eiusdē:nulla tamē repu
gnātia est nisi aliud obuiet:qō nō apparet vt de eodē re/
spectu diuersoꝝ verificentᷣ:sicut pꝫ in multis oppositis
relatiuis.Nā idē pt esse ṗncipium ⁊ ṗncipiatum respcū
diuersoꝝ:equale ⁊ inequale:maius ⁊ minus:⁊ sic ō mul/
tis alijs.¶ 3ᵃᵐ ꝯnē.s.ꝙ spūs sanctus nāliter ꝑducitur ⁊ 3° ꝯ
nō libere.ꝑbo sic.īpossibile est spm̄ nō ꝑduci.ğ spiritus
sanctus nō ꝑducitᷣ libere:sꝫ ꝑducitᷣ nāliter.Añs pꝫ:⁊ a
catholicis cōiter conceditᷣ:⁊ ꝑbatᷣ ex eo ꝙ impossibile
est spm̄ scm̄ nō esse:cū sit verus deus.ğ īpossibile est spm̄
nō ꝑduci:ꝯñā pꝫ:qm̄ spūs scūs nō hꝫ eē nisi q₂ ꝑducitᷣ:vt
pꝫ ꝑ Aug.5.ō tri.⁊ li.15.ṗncipalᷣ ꝯñā pꝫ ex dictis i pᵃ ꝯne. capi°.15.
¶ Quātū ad ṗmā ꝑtem ꝯclusionis.s.ꝙ nō libere produ/ cap.7.
catᷣ accipiendo liberū prout distiguitᷣ ꝯtra nāliter:⁊ q̄tū
ad aliā partē.s.ꝙ nāliter:probatᷣ:qm̄ oīs productio non
libera ⁊ necessaria est nālis.¶ 2°.filius naturalr̄ produ/ 2ᵐ
citᷣ a pr̄e.ergo spūs sanctus nāliter ꝑducitur a patre. Et
vltra ergo spūs scūs naturalr̄ ꝑducitᷣ.Añs certū ē.⁊ ꝯñā
scd̄a statiꝫ apparet ꝑ eo ꝙ non ē dōꝫ ꝙ spūs scūs ꝑcedat
a pr̄e nāliter ⁊ a filio nō nāliter:sꝫ quātū ad B vniformi/
ter ab vtroq̄ ꝑcedit.ğ si a pr̄e ꝑcedit nālr̄:seqtur ꝙ a fi/
lio ēt nālr̄.Et si ab vtroq̄ nālr̄:seqtur ꝙ simplr̄ ꝑducitᷣ
nāliter.Primā ꝯñāꝫ ꝑbo:qm̄ rō q̄re fili⁹ dᷣ nāliter ꝑce
dere:vel ē rōne modi ꝑducēdi:puta q₂ nō ꝯtigēter.sꝫ ne/
cessario ꝑducitᷣ:⁊ cū spūs scūs eque nec̄cio ꝑducatᷣ a pr̄e:
seqtur ꝙ ⁊ ipse nālr̄ ab eo ꝑducitᷣ:vel ē ꝑꝑ ṗnᵐ a quo ꝑ/
ducitᷣ.Et silr̄ idē pꝫ:qm̄ eadē ꝑsona pr̄is ē ṗnᵐ vtriusq̄.
¶ Et si dicatᷣ ꝙ q̄uis vtriusq̄ sit idē ṗnᵐ ꝑducēs:nō tn̄
est idē ṗnᵐ quo ꝑducit vtrūq̄:sꝫ alio ꝑducit filiū ⁊ alio
ꝑducit spm̄ sanctum:ꝑꝑ quā diuersitatem formalis ṗn/
cipij productiui vnus naturaliter:alter aūt non natura/
liter producitur.¶ Contra hoc.ṗmo:q₂ distinctio ṗnci/ pᵐ
pioꝝ qō ⁊ quo non hꝫ locū in deo vt supra probatuꝫ ē.
¶ 2°.esto ꝙ detur talis distinctio idē seqtur:qm̄ vel ṗn/ 2ᵐ
cipium quo pater producit spūm sanctū erit relatio: vel
aliquid absolutum.Si relatio cōstat (quecūq̄ sit illa re
latio) ꝙ non magis erit ṗncipium liberū:q̄ꝫ erit liberuꝫ
ṗncipiuꝫ filij qcquid illud ponatᷣ:cum s̄m istā imagina/
tionē relatio non sit volūtas:aut aliqd in quo sit ṗma rō
libertatis:⁊ ꝑ ꝯñs non possit eē ṗncipium libere produ/
ctiōis.Si absolutū:qcquid illud ponatur idē seqtur:cū
nulla oīno ex parte rei:sit in deo distictio absolutoꝝ vt
probatū est dis.8.⁊ iō idem erit ṗncipiuꝫ quo vtriusq̄ ꝑ/
ductionis.¶ Hec ꝯ ꝯfirmatᷣ aucto.Hylar.5.de trini.⁊
allegatᷣ a magr̄o ifra.dis.16.d.ꝙ ex virtute nature i ean/
deꝫ nām natiuitate subsistit filius:⁊ ex virtute nature i
eandē nām ꝑcessione subsistit spūs scūs.i.ex pr̄e qui est
virtus igenita nālr̄ subsistit.s.fili⁹ nascendo:⁊ spūs scūs
ꝑcedēdo.Sic ğ dico accipiēdo libere produci vt distin/
guitᷣ ꝯ produci nāliter:⁊ vtēdo istis vocabulis s̄m vsuꝫ
sāctoꝝ ⁊ ꝑhoꝝ ⁊ doctoꝝ cōiter nō debet ꝯcedi spm̄ scm̄
produci libere:sꝫ nālr̄ sicᷣ ꝯceditᷣ ō filio:nec ei⁹ productio
dꝫ dici libera vel volūtaria:sumēdo volūtariū distincte
a nāli:sicᷣ nō dᷣ volūtaria ꝑductio filij:⁊ sic dixerūt an/
tiq ⁊ cōes doc.¶ Si āt oē illō dicatᷣ libere ⁊ volūtarie
ꝑduci qō ꝑducitᷣ ꝯplacēter:⁊ a ꝑducēte voluntate:sic pt
dici ꝙ spūs scūs ꝑducitᷣ volūtarie ⁊ libere:quō ēt filius
dici pt ꝑduci volūtarie:vt supra pꝫ.dis.6.Sꝫ sic nō acci/
pitᷣ libere vel volūtarie:vt distiguitᷣ ꝯ naturalr̄ proprie
loq̄ndo:qnīmo sil̄ ō eodē reᵘ eiusdē possūt v̄ificari:sicut
deus libere B mō diligit se:⁊ tn̄ nāliter:⁊ fili⁹ libere ⁊ vo
luntarie ꝑducitᷣ:⁊ ēt nālr̄:nec in tali significatiōe gnālr̄
sūt vsi istis vocabulis auctores distiguētes modos agē

di vel pducēdi libere ꝛ nālr vt supra visuz ē. ¶ Ad rōnes opionis ꝯ ꝯnē pmā ꝯcedo.s. ꝙ necessario pducitur spūs sanctus: ꝙuis ppō assumpta i pbatiōe illiꝰ: ꝛ postea pluries i alijs dictis.s. ꝙ volūtas ē pnm pducendi spiritū scm: sit falsa vt patuit in p arti. ¶ Ad rōnē scđe ꝯnis dōz
Ad 2m ꝙ volūtas dina nō ē pnm volēdi: nec libere vult eēntias diuinā vt libere distiguit ꝯ nāliter. Ad pbationē dico ꝙ ipsa libere vult creaturas ꝛ ꝯtigēter: ꝛ tñ suā eēntiam necessario: ꝛ nō libere: nec ē incōueniēs tales modos oppositos d eodē respcū diuersoꝝ verificari: sic ēt s3 ipos velle ꝯtingēter verificat de volūtate dei respcū creaturaꝝ: ꝛ necessario velle verificat d eodē respcū dine eēntie. Nec seqtur. volūtas diuina libere vult creaturas. g libere vult eēntiā dei: sic ēt fm eos nō seqtur. vult ꝯtingēter creaturas. g vult ꝯtigēter eēntiā di: nec eꝯ seqtur. vult necessario eēntiā dei. g vult nec̄io creaturas. Et per idē p3 ad aliā formā ibi factā: qm̄ nō ē icōueniēs idē pncipiuz pductiuū eē alicꝰ pductiuū nāliter: ꝛ alicuiꝰ alterius libere: sic dcm̄ ē supra. ¶ Ad aucto. Augu. pro q̄rta
Ad 3m ꝯne dōm p ꝙ Aug. nō. d. volūtatē eē liberā respcū volitiōis btitudinis: nec respcū volitiōis ifelicitatis. S3. d. volūtatē qua volumus btitudinē: ꝛ nō possumus velle infelicitatē eē liberā: ꝛ h veꝝ est. Nā multos alios actꝰ pōt ꝯtigēter elicere respcū quoꝝ ipsa ē vere libera. vtrū aūt respcū volitiōis beatitudis ipsa sit libera vel nō: suo loco videbit. ꝛ sic ꝙuis volūtas beatoꝝ nō sit p tunc libera respcū peccati: est tñ libera respcū alioꝝ multoꝝ actuū q peccata nō sūt: nec pōt dici ꝙ volūtatē hic accipiat p actu volitiōis: quē vocet volūtatē liberā: s3 accipit p poꝰ volitiua: sicut euidēter ostēdūt illa vba que sequunt. Sic g aia nr̄a ꝛc. ¶ 2º pōt dici ꝙ Aug. nō loqtur de libertate: q opponit necessitati nāli i agēdo: d q̄ dcm̄ est ꝙ ē q̄dā ꝯtigētia ꝛ facultas ad vtrūlib3. S3 de libertate q̄ opponit seruituti pcti ꝛ miserie: q̄ vtiq3 tāto maior ē in volūtate: q̄to ipsa imunior ꝛ liberior ē a peccato: ꝛ quāto minꝰ ipelli ꝛ istigari pōt ad peccatuz: ꝛ faciliꝰ ꝛ liberius pt elicere bonū actū: ꝛ hec libertas erit i beatis pfecta. Et hūc itellm̄ se hr̄e demōstrat i verbis imediate pcedētibꝰ aucto. allegata. Ait. n. multo quippe liberiꝰ erit arbitriuz qđ oīno nō poterit seruire peccato. Inter has ꝯt libertates seu modos accipiēdi libertatē: dr̄ia magna est: sic p3 p magr̄m lib. 2. dis. 25. ¶ Ad rōnes dico ꝙ libertas ē ꝯditio volūtatis vt cōparat ad actū: nō ad quēcūq3: s3 ad eū quē pōt hr̄e ꝛ non hr̄e: ꝛ respcū talis actus vtiq3 sibi repugnat necessitas: lic3 nō repugnet sibi respcū actus: quē h3 nec̄io. S3 respcū illiꝰ nō ē libera. ¶ Ad aliā dico ꝙ necessitas: nō tollit ꝯditionē pncipij pfecti nec libertatē eiꝰ: nec eꝯ. Nā pp necessitatē ciꝰ respectu eoꝝ quoꝝ ē pncipiū necessariū nō tollit eiꝰ libertas respectu eoꝝ quoꝝ ē pncipiū libeꝝ: necessitas tñ ꝛ libertas nō isunt pncipio pfecto respcū eiusdē: vel, pprius loquēdo: dico ꝙ pncipiū pductiuū pfectū: nō iccirco est nō libeꝝ: respectu eoꝝ quoꝝ ē libeꝝ: q2 ē necessariū pncipiū eoꝝ quoꝝ ē necessariū: siue quo nec̄io pducit: nec q2 ipm̄ ē necessariū respcū eoꝝ que pducit necessario. iō nō est libeꝝ: respectu eoꝝ q̄ pducit libere. Uerūtamen nihil qđ pducit ab eo necessario pducit ab ipso libere: nec pp hoc tollit ciꝰ pfectio: sic nō tollit ex eo ꝙ ꝯtigēter pducit aliq̄ ꝛ nō necessario: ꝛ aliq̄ necessario ꝛ nō ꝯtigenter. Et nullū qđ ab eo pducit necessario: pducit ab eodē ꝯtigēter. Et cū dr̄ ꝙ necessitas ē pfectiōis i omni ꝯditōe entis cui ē possibilis. dico ꝙ h ꝯcesso nihil ad ppositū: q2 ipsa nō ē possibilis pductiōi libere: sicut nec pductiōi ꝯtigēti. ¶ Ad dubiū qđ ipsi mouēt ꝯ se nō ridēt sufficiēter: q2 esto ꝙ modus agēdi ꝯsequit nāz pncipij actiui: ipossibile tñ est ꝙ oppositi modi agēdi ꝯsequant nāz vnius pncipij respectu eiusdē pductionis vel pducti: tales aūt sunt pducere nāliter: ꝛ pducere libere vt ostensuz est. Et cū dr̄ agere necessario nō cōpetit vl̄r actiōi naturali: qm̄ pōt ipediri: ꝛ p ꝯn̄s ꝯtingēter tm̄ agit: nō vals. Nā ideo nō dr̄ agens nāle agere necessario: q2 sit simplr̄ necessariū ipm̄ agere: sic. n. nullū agēs cātum eēt nāle: cū qđlib3 possit nō agere: vt si desunt alia q̄ necessario requirunt ad actionē: qđlib3 ēt pōt nō eē: ꝛ p ꝯn̄s nō agere. Et tñ oēs ꝯcedunt aliqđ agens cātum agere nāliter: ꝛ aliqđ libere. S3 iō dr̄ agere necessario: qm̄ positis oībꝰ reqsitꝭ ad actionē eius: ꝛ nullo existente ipedimēto sic ꝙ ip3 pt agere: non pōt ex se non agere: sed stātibꝰ illis necessario agit. Ecōtra aūt agens libeꝝ positis oībus ꝛc. sic ꝙ ipm̄ possit agere adhuc ex se nullo variato: nec ex pte sua nec alteriꝰ: sed vniformiter oībus remanētibꝰ pōt nō agere: ꝛ ex hoc dr̄ agere ꝯtigenter: ꝛ sic itelligitur dr̄ia ipsoꝝ quātū ad agere necessario ꝛ ꝯtingenter: sicut p3. 9. metaphysice: ꝛ hoc mō sumēdo oē agens nāliter agit necessario: ꝛ oē qđ sic agit nec̄io agit nālr. Itē oē agēs liberum agit ꝯtigēter isto mō: ꝛ oē qđ sic agit ꝯtigēter agit liber. T. c. 10.
¶ Ad rationes principales ad primam nego minorem: ad pbationem dico ꝙ amor pductus. i. spiritus sanctus nō pducit a volūtate: sed ab his q̄ sunt voluntas: sic nec filiꝰ pducit ab eēntia: sed ab eo q est eēntia: nec sapiētia genita. i. filiꝰ pducit a sapiētia vel ab itellectu: sed ab eo qui ē sapia itellectus ꝛ eēntia. Et cū dr̄ ꝙ ois amor pductus elicit a voluntate: dōm ꝙ hoc nō est verū de amore q est ipsa volūtas: ꝛ cuius nulla volūtas que nō ē ipse est pductiua: sicut est in pposito. Nā spūs sanctus ē voluntas diuina: ꝛ nulla volūtas que nō est spiritus sanctꝰ est productiua spiritus sancti. ¶ Aduertēdū tñ est quo sensu dici debeat in diuinis amor pductus ꝛ sapiētia genita. Nā bn̄ ꝛ male posset itelligi vt supra p3. distin. 5a. Ad rōnes pncipa.
¶ Ad scđaz nego añcedens. Et ad pbationē dico ꝙ aliud est eē donū: ꝛ aliud donari seu eē donatū: sic dicit Augu. 5. de tri. ꝙuis ergo donari sit libeꝝ: ꝛ qđ donat libere donetur: nō tñ qđ est donū: est libere donū. Et q2 vt. d. Aug. 4. de tri. spm̄ sanctū donū dei eē: est a p̄re pcedere: ꝙuis spūs sanctus libere donet: nō tñ libere pcedit. ¶ Et cuz Aug. d. ꝙ spūs sanctus exit qūo datus: dōm ꝙ nō accipit pprie datū: q2 vt. d. spūs sanctus nō fuit eternalr̄ datus: sicut nec eternalr̄ fuit creatura cui daret. sed datū p dono posuit. Exit g qūo datus. i. qūo donū. iō ꝯn̄r lib. 5. ait. Sed q2 sic pcedebat vt esset donabile: iā donum erat: ꝛ añq̄ eēt cui daret. Aliter. n. itelligit dū dr̄ donū: alr̄ dū dr̄ donatū. Nam donū pōt eē añq̄ det: donatū aūt nisi datū fuerit: nullo mō dici pōt. Et q2 Augu. ibi datus pro dono ponit. iō magr̄ ad h inuendū allegās pdictam aucto. Aug. ifra. dis. 13. ait. Nā vt ait Aug. eodē lib. de trini. pcedit a patre: nō qūo natus: s3 qūo datus vel donū. vn̄ per hanc adiectionē. vel donū. exposuit illud qđ dicitur datus. Et hec de distinctione. 10. Ad 2m cap. 15. capi. 21. cap. 15. cap. 14.

¶ Distinctionis. XI. Questio. I.



Circa distōnē. 11. In q̄ magr̄ ꝯ grecos pbat spm̄ scm̄ pcedere a filio. Supposito ꝙ sic sit ex dterminatiōe ecclie ꝛ aucto. scripture: sic magr̄ bn̄ pbat. Quero vtꝝ si spūs scūs nō pcederet a filio: nō distingueret ab eo. ¶ Et arguo ꝙ sic: qm̄ si spūs scūs nō pcederet a filio: cū filiꝰ nō pcedat a spiritu scō: nulla oppositio relatiua eēt iter filiū ꝛ spm̄ sctū. Et vltra. ergo nō distinguerent ab inuicez. pma ꝯn̄a p3: q2 oppositio relatiua nō est ibi nisi fm originem vel pcessionem vnius ab alio. scđa vero pbatur: quonias vbi 1m

non cadit oppositio relatiua i diuinis: ibi nulla est distinctio sicut iductiue p3: et hoc pōt ab Ansel. in de pcessu spiritus sancti in pluribus locis.

scitum qđ futurū nō fuit:nec ꝑsciētia hui⁹ futuri mutata
fuisset:sȝ nunq̄ȝ habita:q̄z futurū nō fuisset.¶ Itē infra.
ca.22. dicim⁹ inq̄t:q̄z possibile ē nō fieri qđ futuruȝ est: ⁊ si non
fieret qđ fiet:⁊ nō fieri possibile est: nunq̄ȝ futurū fuisset
nec ꝑuisum. Si igit̄ q̄ȝdiu res futura est futura pōt fieri
vt nō sit futura.⁊ per ꝯñs ꝙ nunq̄ȝ fuerit futura:⁊ nunq̄ȝ
ꝑscit a vt dicit:sic in potestate alicui⁹ facere est ꝙ non sit
futura:ita in eius potestate est facere ꝙ nūq̄ȝ fuerit ꝑsci/
ta:⁊ per ꝯñs ꝙ nunq̄ȝ fuerit verū ꝙ de⁹illaȝ fore ꝑsciuit.
Ad hoc quoq̄ȝ est itētio magr̄i in.39.đ. vbi dicit ꝙ deus
pōt scire qđ nunq̄ȝ sciuit ⁊ nō scire qđ sciuit ⁊ ꝑscire quod

nō ꝑsciuit:⁊ eadeȝ rōne nō ꝑscire qđ ꝑsciuit.Ex his pȝ ꝙ
ꝓbatiōes quib⁹ ꝓbat̄ illud aīs nō posse īpediri nō va/
lēt.ꝙ nō p̄ma. q̄z falsuȝ assumit. cum dicit ip̄m eē neces/
sariū.nec 2ª:q̄z cū dicit̄ ꝙ ip̄m ab eterno fuit veꝝ:vl' hoc
intelligit̄ de ipsa enūciatiōe creata:que est aīs isti⁹ꝯñe.
⁊ pȝ ꝙ illa nō fuit ab eterno v̄a:q̄z nec ipa fuit ab eterno.
si tñ fuisset ab eterno:ab eterno fuisset v̄a: ⁊ nō tñ necēio:
sȝ cōtingēter:vel intelligit̄ de enunciabili ꝑ ip̄m siue de
eius significato cōplexo: ⁊ tale q̄ȝuis possȝ cōcedi ꝙ fuit
ab eterno verū denoīatiōe extrinseca a v̄itate increata:
⁊ iudicio dei eterno:iudicāte pe.eē peccaturū in a. nō tñ
ip̄m fuit eternū cuȝ nunq̄ȝ fuerit: aut sit aliq̄ entitas ſm
se:sicut nec aliqđ cōplexe tm̄mō significabile vt ex ꝑce/
dētib⁹ pȝ:q̄uocūq̄ȝ tñ sit de hoc vtrū debeat cōcedi ip̄m
fuisse verū ab eterno vl' nō. dico ꝙ ip̄m nō fuit verū ne/
cessario: sȝ si fuit verū fuit verum cōtingēter mere:⁊ qđ
addit̄.s.ꝙ oē eternū est imutabile:cōcedi dȝ. Nā nihil ē
eternū ꝑter deum:sȝ ex hoc nihil ad ꝓpositū.¶ Ad 4am Ad 4m
ꝓbationē eiusdē ꝯñe p̄ncipalis p̄me rōnis r̄ndeo negan/ ꝓbaᵗᵒ
do 2am ꝯñam.s. hanc.b.erit.ḡ.b.necēario erit.supposito ꝙ
ly necēario sit dterminatio ꝯñtis tm̄.¶ Ad ꝓbationē cō
cedo ꝙ iste possunt simul eē v̄e.b.erit.b. pōt nō fore.⁊ ꝙ
dū hec est v̄a.b.erit.hec est possibilis.b.nō erit.q̄ȝuis aūt
sit possibilis:nō tñ est v̄a.nec pōt simul cū illa eē v̄a:vtpo
te sibi ꝯdictorie opposita.Ex hoc tñ nō habet̄ ꝙ illa ꝯña
sit bona.q̄z ad bonitatē ꝯñe nō suffic̄ ꝙ aliq̄d potēs stare
cum opposito cōsequētis repugnet aīti: aliogn hec esset
bona ꝯña.aliquis hō disputat.ḡ oē aīal disputat. Nā cuȝ
opposito ꝯñtis qđ ē.aīal nō disputat. pōt stare ista. null⁹
hō disputat:q̄ tñ repugnat ꝯdictorie aīti.Sȝ requirit̄ ꝙ
oppositū ꝯñtis vel aliq̄d necēario ꝯñs ad ip̄m repugnet
aīti:q̄z si nec ipsuȝ nec aliquid necēio ip̄m ꝯñs repugnat
aīti ip̄m vtiq̄ȝ stare poterit cum aīte:⁊ per ꝯñs ꝯña non
est necēaria.aliogn ꝯñs ⁊ oppo^m ei⁹ simul starēt: q̄z semꝑ
ꝯñs ⁊ aīs simul stant.cū aīs nō possit eē veꝝ sine ꝯñte.
si ꝯña sit necēaria.in ꝓposito aūt ad istā.b.pōt nō fore:nō
necēario sequit̄ ista.b.nō erit.quare ⁊c̄.¶ Ad 2am rōnē p̄n Ad 2m
cipalē dōm sicut ex dictis in 2° ar.pōt patere ꝙ deus est p̄ncil̄e.
ꝑscius futuroꝝ:q̄z in eo velut in notitia oīa rep̄sentant̄
vel ꝓprius loquēdo:q̄z ipse est notitia intuitiua omniuȝ
entitatū actualiū ⁊ iudiciū veracissimū oīum vere enū/
ciabiliū ⁊ cōplexe significabiliuȝ ⁊ h̄ nō sibi accn̄talr̄:sȝ
ex ꝓpria nā cōuenit nec cōtingēter: sȝ necēio: ⁊ q̄z ita ē:iō
sicut in 3° ar.est ꝓbatū.cuiuslȝ entitatis actualis vel po/
tētialis ipse necēio est intuitio. ⁊ qualȝ necēio cognoscit ⁊
nulli⁹ enūciabilis cōtingētis est necēio iudiciū: neq̄ȝ ali/
qđ h⁹ necēario iudiciarie vl' ꝑ mođ iudicij cognoscit: sed
mere cōtingēter.nec ꝯ hoc est aliq̄ ꝓbatio sūpta ex simi/
litudine creaturaꝝ. cuȝ nulla creatura possit oīquaq̄ȝ si/
milis eē deo in mō cognoscēdi sicut nec in eēn° nec ī ꝑfe
ctione eq̄lis.¶ Pro solutiōe v̄o tertij argumēti p̄ncipa/ Ad 3m
lis est sciēdū:ꝙ difficultas in eo qđ q̄rit argumētū ꝯsur/ p̄ncil̄e
git nō solum ex tactis in arguēdo:sȝ ex ꝯrietate auctori/
tatum:quas magr̄ ponit in p̄nti distinctiōe.ait.n.Aug.15.
de tri.vniuersas creaturas ⁊ sp̄uales ⁊ corporales:nō q̄z ca.13.
sunt.iō nouit de⁹:sȝ iō sunt:q̄z nouit : non.n. nesciuit que
fuerat creaturus.q̄z ergo sciuit creauit.nō q̄z creauit sci/
uit:nec alr̄ sciuit creata:q̄ȝ creanda:⁊c̄.sic in simili vide/
tur ꝙ nō iō prescit res futuras:q̄z future sunt:sed iō sunt
future.q̄z de⁹ ꝑscit eas.econtra v̄o origenes sup ep̄laȝ ad
Ro.ait.nō ꝓpterea aliq̄d erit. q̄z illud scit deus futurū:
sed q̄z futuruȝ ē:ideo scit̄ a deo anteq̄ȝ fiat.¶ ꝓ.ma.ar/
guit ꝙ q̄z deus ꝑscit:ideo res sunt future: q̄z nulla essent
futura:nisi ea de⁹ ꝓuidisset. ⁊ ꝑsciuisset. nec possunt non
euenire:cum de⁹ illa ꝑsciuerit.ergo ꝑsciētia videt̄ ꝑsciti

causa eẽ eueniẽdi.ꝛ ↄña videt̃ ex hoc ꝓbari: qꝛ illud est
causa alterius: ad cuius põnẽ illud ponit̃: ꝛ sine cui⁹ posi
tiõe nõ ponit̃. ⁋ P.ꝙ nõ ideo p̃scit qꝛ sũt future arguit:
qꝛ tũc ei⁹ qd̓ est eternũ: aliud ab eo eẽt causa: ꝛ ex creatu-
ris pẽderet p̃scia creatoris: ꝛ creatũ eẽt cã increati. De-
inde rñdens ma. dicim⁹ inq̃t: res futuras nullaten⁹ esse
cãm p̃sciẽtie dei: nec id sciri vel p̃sciri: qꝛ future vel facte
sunt: ita exponẽtes: qd̓ ait orig. i. ꝙ qꝛ futurũ est: iõ scit̃ a
deo anq̃ꝫ fiat neqꝫ sciret̃ nisi futurũ eẽt. vt non notet̃ ibi
causa nisi sine qua nõ scit: ita ẽt dicim⁹ sciam vel p̃sciam
dei nõ eẽ causã eoꝝ que fiunt: nisi talẽ sine q̃ nõ fiũt. Si
tñ sciam ad notitiã tm̃ referam⁹. Si v̓o sciẽtie noĩe inclu
dit̃ ꝛ bñplacitũ: atqꝫ dispositio: tunc recte põt dici causa
eoꝝ q̃ de⁹ facit: ꝛ postea ẜm hoc expõit auctoritatẽ Aug.
ideo sunt qꝛ nouit. i. qꝛ sciẽti placuit: ꝛ qꝛ sciẽs disposuit.
dñs egi. ⁋ Sꝫ sicut dicit Egidi⁹ sup l̃ram hui⁹ distinctiõis solu⁹
p̓.s.d.38 ma. nõ sufficit. qua dictũ illud origenis dicit eẽ intelligẽ
i expõe dũ tm̃ de cãlitate sine qua nõ: qm̃ tũc pari rõne verẽ dice
l̃re. ret̃: ꝙ ꝓpterea aliq̃d erit. qꝛ de⁹ scit illd̓ futurũ: qd̓ negat
rñ⁹ ꝓp̓a orig. Nã ẽt ẜz ma. p̃scia ẽ cã sine q̃ nõ futuroꝝ. ⁋ Rñ⁹
g̊ aliter: ꝛ dico ꝙ q̃uis p̃sciẽtia dei: que nõ ẽ aliud q̃ꝫ vo-
lũtas ꝛ eẽntia dei: sit cã oium reꝝ que fiunt. ista tñ ꝓpõ.
qꝛ de⁹ p̃scit: iõ res sunt future. si sit cãlis: ꝛ nõ equalẽs p̃-
cise huic cõditionali: si de⁹ p̃scit res sunt future. ꝛ nomie
p̃scie nõ includat̃ bñplacitũ vel dispõ: absolute negãda
est. Nam sicut nõ qꝛ ꝓpõ de futuro est v̓a: iõ res quã enũ
ciat fore erit: nec si ego p̃scirẽ aliq̃d fore. iõ qꝛ p̃scirẽ illd̓
foret. q̃uis necesse eẽt. si ego p̃scirẽ illud foret. alias non
p̃scirez: sꝫ false opinarer illud fore. Sicut ẽt q̃uis neccio
ↄñs sit. vt si q̃ memini illa fuerint: non tñ qꝛ memini illa
fuerũt. sic nõ ideo res sunt future. qꝛ de⁹ p̃scit illas eẽ fu-
turas. Et est rõ. qm̃ nec v̓a p̃sciẽtia. nec sciẽtia inq̃tuz hꝫ
est causa. qꝛ ita sit in re: sꝫ tm̃ signa. Et iõ Boetius 5⁰ de
cõsolatiõe. postq̃ꝫ arguerat cõtra quosdã dicẽtes. non iõ
q̃dẽ eẽ venturꝝ. qm̃ id ꝓuidentia futurũ eẽ ꝓspexit. Sꝫ
ecõuerso. qm̃ qd̓ futuꝝ est illud diuinã ꝓuidẽtiaꝫ latere
nõ posse. d̓terminãdo in ꝑsona ph̃ie approbat dictũ isto-
rũ. q̃tũ ad p̃mã partẽ. Cui⁹ rõ est. qꝛ p̃scia nõ ẽ causa euẽ
tus futuroꝝ: sꝫ signũ tm̃⁹. omne aũt signũ. tm̃ q̃d ostẽdit.
non v̓o efficit qd̓ designat. Alteri⁹ aũt ꝓpõnis. s. ideo de⁹
prescit futura: qꝛ illa futura sunt: põt duplex sensus esse.
Unus quo denotaret̃ res futuras causas eẽ p̃sciẽtie: qua
de⁹ p̃scit futura: sicut si dicã ꝙ coloratũ mihi obm̃ est. iõ
video: denoto coloratũ obm̃ cãm eẽ visionis: qua forma
liter suz vidẽs. ꝛ in isto sensu ꝓpõ illa est falsa. ꝛ eã negat
ma. in ista distinctiõe: ac ẽt ꝓcedit rõ supra facta vltimo.
hũc quoqꝫ sensuz posse fieri ex ꝓpõne illa. ꝛ ipam in hoc
sensu falsaz eẽ. satis inuit Boeti⁹. vbi supra arguẽs ↄ di-
ctuz ꝓxime recitatũ. Jam v̓o inq̃t p̃posteruz ẽ vt eterne
p̃scie tp̃aliũ reꝝ euẽtus cã eẽ dicat̃. q̃d est aliud aũt arbi
trari iõ deũ futura: qm̃ sũt euẽtura ꝓuidere: q̃ꝫ putare: q̃
olim acciderẽt cãm sũme eẽ illi⁹ ꝓuidẽtie. nec hoc deĩn
postea in aliq̃ p̃te soluit vel iprobat. in isto ẽt sensu nõ est
intelligẽdũ dictũ orig. Alius sensus põt eẽ quo p̃cise de-
notet̃ ꝙ qꝛ res sunt future. iõ p̃scia vel scia dei est p̃scia: ꝛ
isti termini p̃scius p̃scia verificent̃ de deo: ita ꝙ ista sit
v̓a. de⁹ est p̃scius futuroꝝ: dictũ est. n. supra ꝙ eẽntia di-
uina est nãliter ꝛ neccio simplex notitia: ꝛ app̃hẽsio enti-
tatũ enũciabiliũ: aut cõtingẽtiũ nõ neccio: sed cõtingẽs
est iudiciũ: ꝛ cuiuslibꝫ futuri cõtingẽtis est contingẽter
p̃scia. qm̃ qd̓libꝫ tale põt nõ esse futurum: ꝛ per ↄñs deus
cuiuslꝫ põt nõ eẽ p̃scius. vt g̊ ipse sit p̃scius: neccio req̃rit̃
ꝙ aliq̃ sint futura: ꝛ ꝓpterea: qꝛ illa futura sunt: ꝛ ei⁹ isi-
nite imẽseqꝫ sciẽtie repugnat quicq̃ꝫ nescire: ideo ẽ pre-
scius futuroꝝ: ita ꝙ talis locu⁹ sit isto mõ cãlis q̃uo ista.

qꝛ hõ est aĩal. ideo hec est v̓a: hõ est aĩal. ꝛ sicut vniuersa-
liter dicit̃. ꝙ eẽ sic in re. sicut ꝓpositio enũciat: est cã ꝙ
illa sit v̓a. ẜm quẽ mod̓. P. in post p̃dicamẽtis. ca⁰. de p̓ori
dicit. ꝙ neq̃ꝫ oro cã est vt sit res. verũtñ videt̃ q̃dãmõ
res causa eẽ vt sit orõ v̓a. Dum eñi res est aut non est v̓a
oro vel falsa dicat̃ necesse ẽ. ꝛ sicut possibile ẽ. ꝙ res sit
cã ꝙ oro sit v̓a: absqꝫ hoc ꝙ sit cã orõnis aut alicui⁹ enti-
tatis in ea: vel vt oro ipsa sit: sicut pꝫ: si oro p̃cedat eẽ rei.
Uerbi grã. si per⁹ stãte formet̃ ista oro. pe. sedet: deinde
sedeat pe. tũc pe. sedere ẽ cã ꝙ illa sit v̓a. nec tñ est causa
illius: aut alicui⁹ entitatis in ea. sic in ꝓposito: ꝛ ẜm talẽ
modũ loquẽdi de cã põt vt videt̃ cõcedi. ꝙ res eẽ futu-
ras cã vel poti⁹ cõcausa est vna cũ imẽsa ꝑfectiõe diuie
scie. ꝙ de⁹ sit p̃scius seu p̃scia. vel ꝙ isti termini possint
v̓e dici de eo. ac per hoc dici ꝙ quia res future sunt: ꝛ dei
sciam nihil põt latere: ideo p̃scit de⁹ illas eẽ futuras: ꝛ sic
puto ꝙ intellexerit orig. Hoc ẽt sensu Aug. li. de sacra. ca. vlti.
dicit. ꝙ omne qd̓ fit: ab eterno p̃uisuꝫ est futurũ eẽ: qꝛ ab
eterno futurũ est. Unde talẽ cãlẽ ipse ponit nec in h̓ sen-
su negat hic ma. illaꝫ ꝓpositionẽ: sed in p̓mo tm̃. qd̓ satis
pꝫ ex eo qd̓ supra distõne. 35. dic̃. dicit eñi ibi ↄ d̓termina-
tionẽ suã qua dixerat ꝙ in deo nõ poterat fuisse p̃scia: qꝛ
poterat d̓s nihil eẽ facturus: ꝛ p̓ ↄñs possibile fuit ꝙ nul
la eẽnt futura ꝙ si fuisset nulla fuissꝫ in deo p̃scia: cũ pre
sciẽtia nõ sit nisi futuroꝝ. Cõtra hoc inq̃ꝫ recitãs opio-
nẽ quorũdã dicẽ^m. si potuit p̃sciẽtia dei non eẽ in deo ab
eterno ꝛ potuit nõ eẽ. si v̓o potuit nõ eẽ. cum p̃scia dei sit
eius scia: ꝛ scia sit eius eẽn^a. potuit g̊ nõ eẽ ab eterno illd̓
qd̓ est dĩna eẽntia. Rñdet ma. cũ dicit. si nulla eẽnt fu-
tura nõ eẽt in deo p̃scia vel nõ eẽt p̃scius de⁹. Si in dicẽ-
do hanc cãm attẽdis. s. ꝙ nulla eẽnt subiecta ei⁹ scie vñ
ipsa possit dici dei p̃scia. vl̓ ipse p̃scius: qd̓ vtrũqꝫ dicit̃ ꝓp
futura: verus ẽ intellect⁹. eccc ꝙ ꝓp futura de⁹ dicit̃ pre-
scius: ꝛ ꝙ si nulla eẽnt futura nõ posset dici p̃scius. Ex q̊
pꝫ ꝙ istam: qꝛ aliqua sunt futura: de⁹ est p̃scius. cõcedit ĩ
2⁰ sensu p̓missio. ꝛ sequit̃ imediate: sin aũt ex ea ratiõe id
dicit. ꝙ nõ sit in deo p̃scia: qua p̃scit futura: vel ꝙ ipse nõ
sit de⁹ qui est futuroꝝ p̃scius: falsa est intelligẽtia: ꝛ in h̓
vt pꝫ virtualr̃ negat p̓mũ sensum. Auctoritas v̓o Aug. is. d̓ tri. ca. i3.
loquit̃ de notitia dei ẜm ꝙ est simplr̃ app̃he⁹ oium enti
tatum: in quo sensu vtiqꝫ falsum est: ꝙ qꝛ sunt: iõ nouit:
q̃nimo siue sint siue nõ: nõ minus nouit. Unde res non
causant suã notitiã in deo sicut in nobis: nec ad ipsas co-
gnoscẽdum indiget deus earũ existẽtia vl̓ p̃sentia: sicut
nos: ꝛ ideo talr̃ de notitia loquẽdo: absolute negãda est
ista: qꝛ res sunt: ideo illas de⁹ nouit: sicut negat Augu. qd̓
aũt addit: sꝫ iõ sunt: qꝛ nouit: accipiẽda ẽ notitia sil̓ cum
bñplacito ꝛ dispõne. iux̃ expõnẽ ma. supi⁹ recitatã. Ad
rõnẽ v̓o qua ꝓbat̃ ꝙ qꝛ p̃sciuit: ideo res sunt future: dicẽ
dũ ꝙ ↄña illa nõ valꝫ nec illa ꝓbatio sufficit ad veritatẽ
talis causalis: aliogn ex quibuscũqꝫ ꝓpõnib⁹ cõuertibili
bus adinuicẽ: possꝫ fieri v̓a causalis: ꝛ sic ista eẽt v̓a: quia
hõ ẽ risibilis: iõ ẽ rõnal̓: ꝛ sic de alijs multis falsis cãlib⁹
⁋ Et per hoc pꝫ ad arg^m in forma p̓ncipali qua dicit̃: aut
deus p̃scit futura: qꝛ illa futura sunt: aut ideo illa sũt fu-
tura: qꝛ deus p̃scit illa. Nam si p̓ma pars hui⁹ disiũctiue
intelligit̃ in p̓mo sensu eius dato supra: negãda est: quia
vtraqꝫ pars eius est falsa. Si v̓o in 2⁰ sensu intelligit̃. di-
cendũ ꝙ ideo p̃scit: qꝛ illa sunt futura: nõ tñ ideo p̃cise: sꝫ
qꝛ cũ hoc eius sciam nemo põt effugere. Et cuꝫ ꝓbat̃ ꝙ
nõ: qꝛ tunc res future eẽnt cause p̃sciẽtie dei. negãda ẽ
ↄña: ꝛ instã^a nõ sequit̃: qꝛ pe. sedet: ideo hec ꝓpõ que p̓us
erat falsa: pe. sedẽte est vera. g̊ pe. sedẽs est causa illi⁹ ve-
ri vel vere ꝓpõnis. Nã aĩs est verũ: ꝛ ↄñs falsum: vt su
pra dictũ est: ita in ꝓposito: sed posset cõcedi. g̊ res futu-

re vel potius q res sunt future est causa vel concausa q
deus vel scia dei sit pscia. iuxta intellectū datum: sicut ꝛ
alia ꝯña assumpta pōt concedi. ergo pe. sedens: vel q pe.
sedet est causa q illa ꝑpositio sit vera.

¶ Distinctionis. XXXIX. Questio. I.



Circa distinctionē trigesimā nonam.
Quero pariter cū ma. Utꝝ scia
vel pscia dei possit augeri vel minui: Et ar
pᵐ guo pmo q possit augeri: qꝛ aliqd deꝰ pōt
scire: ꝛ pscire: qđ nec scit nec psciuit: ꝛ cum
hoc scire omne qđ nunc scit. ġ dei scia pōt
augeri. ꝯña pꝫ. qꝛ sciētia q̄to est plurium
scitoꝝ: tanto est maioꝛ. Añs ꝓbaꝛ dupliciter. Primo: qꝛ
sicut dicit ma. in lr̄a. sciētia dei nō est nisi de his que sūt
vel fuerūt vel erūt: ꝛ psciētia nō nisi de futuris. deꝰ autē
pōt multas res facere quas nunq̄ faciet: ꝛ per ꝯñs mul
te possunt eē future que nō sunt future. Si ille aūt eēnt
future: essent vtiq̄ a deo scite ꝛ pscite: que tñ nūc nō sunt
scite nec pscite. 2º qꝛ aliquis nō ē cras lecturus qui pōt
esse lecturus. ġ deus aliquē nō scit nec pscit esse lecturū:
2ᵐ quē tñ esse lecturꝝ cras deus pōt prescire. ¶ 2º arguiꝛ q
dei scia pōt minui. qꝛ aliqd deus scit qđ pōt nō scire: ꝛ ali
quid psciuit qđ pōt nō pscire. ġ ꝛc. Probaꝛ assūptū. Naꝫ
deus scit me legere nūc seu in isto tēpore pñti demōstra
to qđ voceꝛ a. ꝛ hoc deꝰ pōt non scire. Nā die crastina ds
nō sciet me legere in a. q̄uis sciet me legisse in a. Similr
aliqua res futura pōt fieri pscns: ꝛ tūc nō erit pscita: que
tamen modo est prescita.

Oppᵐ In oppositū arguiꝛ. qꝛ sciētia dei est oīno itrās
mutabilis: cum ipsa sit deꝰ. ġ est in
dciº. qº. augmētabilis: ꝛ imutabilis.

Distinguo pmo duplicē sensum questiōis: quoꝝ.
Primus ꝛ quē de virtute ꝺmonis fac
est. Utꝝ illa res pro qua supponit hic terminꝰ sciētia vel
psciētia dei possit augeri vel minui: ꝛ in hoc sensu que
stio determinata est apud oēm catholicū ad partē nega
tiuam. cum dei scia nō sit aliud q̄ dei eēntia ꝛ substātia:
que oīno imutabilis est. Alius sensus est quē disputato
res per hanc questionē intēdunt: ꝛ est: vtruꝫ deus possit
aliqd perfectius vel iperfectiꝰ scire vel pscire: q̄ scit: aut
plura vel paucioꝛa: His eniꝫ modis ꝯsuetū est dici: q in
nobis augeꝛ vel minuiꝛ sciētia. Et in hoc sensu etiā q̄tū
ad pmā partē huius disiunctiue: questio nō hꝫ dubium:
qm̄ certuꝫ est q nullaꝫ reꝫ vel aliquid cognitū a deo deꝰ
vno tēpore pfectiꝰ cognoscit q̄ alio: nec etiaꝫ impfectiꝰ.
ca. iꝫ. nō eni ꝓficit nec deficit in cognitiōe. ¶ Et ad hoc suffi
ciat aucto. Augu. cum eius ꝓbatione. 15. de tri. vbi ait. q
vniuersas creaturas suas ꝛ spūales ꝛ corpoꝛales: non qꝛ
sunt ideo nouit: sed ideo sūt: qꝛ nouit: ꝛ sequiꝛ. nec aliter
sciuit ea creata q̄ creanda: nō eniꝫ eius sapiētie aliquid
accessit ex eis: sed illis existētibꝰ sicut opoꝛtebat ꝛ quā
do opoꝛtebat: ita māsit vt erat: ita ꝛ scriptū est in libº ec
clesiastico: anteq̄ crearenꝛ oīa. nota sunt illi: sic ꝛ postq̄
ꝯsūmata sunt. sic inqt nō aliter: ꝛ anq̄ crearenꝛ: ꝛ postq̄
creata sūt. sic ei nota sūt: hec ipse. ¶ Pro 2º vº pte disiu
ctiue. vtrū. s. deus plura vel paucioꝛa possit pscire vel sci
re. pmitto aliq̄s distinctiōes de istis terminis scia ꝛ scire
pºmō ſm q ꝯhunꝛ ad standū pcise pro scia dei. Naꝫ vnoº pñt
accipi cōiter. nō quiđ sumēdo hanc cōitatē ſm multitu
dinē psone inferioꝝ seu singulariū: quasi multe sint scie
dei. Nam dei scia vnica tñ ꝛ simplex est. sed ſm multi
tudinē cognitoꝝ vel scitoꝝ: respectu quoꝝ diciꝛ sciētia:
ꝛ sic generaliter sumēdo respectu cuiuslꝫ a deo noti vel
cogniti cōsueuit vocari sciētia simplicis notitie seu sim
2ºmō pliciter notiª vel cognitio. Alioº pōt sumi spāliter: ꝛ hꝫ

dupliciter. ſm q cognitoꝝ quedā sunt res vel entitates
actuales vl' potētiales: quedā sūt enūciabilia: ꝛ pcise per
ꝓpōnes vel enūciationes vel terminos eis equalentes
significabilia: sicut me legere: seu q ego lego q ego legi:
vel suꝫ lecturus: ꝛ silia que per enūciatiōes significamꝰ.
Et ſm hūc modū aliqui antiqui distinxerūt sciaꝫ dei in
sciam enūciabiliū ꝛ sciaꝫ reꝝ. Pꝛope aūt ꝛ stricte ſꝫ vsū
disputantium: scia enūciabiliū diciꝛ iudicium euidēs ꝛ
certū ipsoꝝ enūciabiliū: ꝛ sic accipiēdo scia rerū signifi
ficat sciaꝫ dei ſm q est simplex appꝛehēº entitatū. Scia
vero enūciabiliū significat eandē ſm q est euidēs iudi
ciū eoꝝ. Rursus pmoº pōt accipi triplr. Naꝫ vnoº ge p
neraliter respectu cuiuslibet entitatis pterite pñtis vel
future aut possibilis foꝛe: ꝛ sic simplr vocaꝛ notitia seu
scia simplicis notitie. 2º spāliter respectu eaꝝ que sunt 2º
vel fuerūt aut future sunt tñ: ꝛ sic cōsueuit ab aliqbꝰ vo
cari scia visionis: ꝛ a ma. in hac distinctiōe simplr vocaꝛ
sciētia. 3º adhuc specialius. s. respectu futuroꝝ tñ: ꝛ sic 3ºmō
vocaꝛ pscia. Eodē mō pōt distingui seu eodēº distīcte si
gnificari dei scia ſm q illa est iudiciū enunciabiliū. pōt
eni sumi ſm q cuiuslꝫ enūciabil' affirmatiue vel negati
ue de inesē vel modalr cathegoᶜᶜ vl' ypothe ͤ aut aliq̄ alio
mō est euidēs iudiciū. Alioº ſm q est iudiciū determia
te aliquoꝝ. ꝛ hoc multiplr posset distingui. vꝫ. ſm vsum
cōem duplr accipiꝛ. Unoº respectu enūciabiliū de pñti
vel de pterito vel de futuro. ꝛ sic vocaꝛ scia vl' scia visio
nis. 2º spālius. s. respectu taliū enūciabiliū de futuro tñ:
ꝛ tūc diciꝛ pscia. Preter aūt hec noia sunt q̄dā alia vsita
ta in scripturis ad significādū sciam dei: que tñ dicta de
deo respectu aliquoꝝ nō tñ significāt deū illa nosse: sed
ēt diligere: vel aliqđ circa illa opari vel facturū eē: sicut
dispositio: ꝓuidētia: pdestinatio: ꝛ reproba ͦ: ꝛ approba ͦ:
ꝛ foꝛte aliqua alia de quibꝰ alijs locis videndū est.

His premissis pmo vidēdū est. vtꝝ deꝰ potest
plura vel paucioꝛa scire: vl' psci
re q̄ scit vel prescit loquēdo de scia rerū. Scđo idem vi
dendū est loquēdo de scientia enunciabiliū.

Quantum ad pmū pono pncipaliter sex ꝯclōnes. pº artiº
Prima est: q oēm reꝫ actualē aut po pª ꝯ.
tentialē pteritā vel pñtē vel futurā deꝰ actu cognoscit ꝛ
scit. loquēdo de scia simplr seu scia simplicis notiͤ. Pro
baꝛ aucto. apostoli ad Ro. 4º. vbi ait. q deus vocat ea q̄ ca. 4.
non sunt: tanq̄ ea q̄ sunt. Et ad hebꝛe. 4º. oīa inqt nuda ꝛ ca. 4.
apta sunt oculis eius. Et sapiētie 9º. de sapiētia increata ca. 9.
scribiꝛ q ipsa scit oīa ꝛ intelligit. ¶ Ad hoc ēt sunt ꝓba
tiōes facte ꝓ pma ꝯne pmi articuli: pcedēti qōnis. ¶ 2ª 2ª ꝯ.
ꝯ est: q q̄lꝫ entitatē actualē vel potentialē ꝛc. deꝰ nec̄io
cognoscit. Et hec ꝓbata est in pcedēti qōne ar. 3º. Ex his
aūt duabꝰ infero q̄sdā alias. Una est q nullā rē quā deꝰ p
nescit pōt scire. loquēdo de scia mō pmisso: ꝛ ꝓbaꝛ: quia
nullā deꝰ nescit. Alia est q nullā quā scit pōt non scire: 2
ꝓbaꝛ: qꝛ q̄libet scit nec̄io. Et pro hac pōt argui q si ali
quā quā scit pōt nō scire: maxime hoc de rebꝰ videreꝛ: q̄
sunt ꝛ pñt nō eē: ita q sicut res desinerent eē sic deꝰ desi
neret illas scire. Sed hoc est falsuꝫ: qꝛ nō minus ipse co
gnouit res pteritas q̄ pñtes. Uñ Aug. 15. de trini. Deꝰ sa ca. 7.
piētia sua nouit oīa: ita vt nec q̄ dicunꝛ pterita ibi prete
reant: nec ea q̄ dicunꝛ ibi futura q̄si desint expectenꝛ vt
veniāt: sꝫ ꝛ pterita ꝛ futura cū pñtibꝰ sūt cūcta pñtia nec
singula cogitanꝛ: nec ab alijs ad alia cogitādo transiꝛ: sꝫ
vno ꝯspectu sil' psto sūt vniuersa. Et postea loquēs de pꝛe ca. 14.
ꝛ filio dicit: q vnusq̄sq̄ eoꝝ oīa q̄ sunt in eoꝝ scia sil' vi
det: ita vt aliq̄ videre nō possit nō vidēs alia: sed sil' oīa
eadē tꝫ q̄rū nullū est: qđ nō sꝑ videt. ꝛ allegaꝛ in pñti disti
ctiōe. Rōne quoq̄ idē pꝫ. qꝛ alias obliuio caderet in do

3ᵉ ꝛ mutabilitas: q̄ repugnāt diuine pfectiōi. ¶ 3ᵃ ꝯ que seq̄ꝛ
est. ꝙ nō plura q̄ꝫ deus scit ipse pōt scire: nec etiā paucio/
ra q̄ꝫ scit ipse pōt scire. Probaꝛ: qꝛ si plura: sequiꝛ ꝙ aliq̄ꝫ
rem quā nescit pōt scire: ꝛ si pauciora: sequiꝛ ꝙ aliq̄ꝫ quā
4ᵉ scit pōt nō scire. 4ᵉ que sequiꝛ est: ꝙ nullā pōt incipere
scire vel nō scire q̄litercūqꝫ exponaꝛ hic incipit: ꝛ pꝫ ex
3ᵉ ꝯ eisdē. ¶ Cōclusio 3ᵃ pncipalis est: ꝙ loquendo 2ᵒ mō de
scia reꝝ. s. de scia visionis: aliquā rem quā de⁹ nō scit pōt
scire: ꝛ silr plures q̄ꝫ scit pōt scire. Probaꝛ: qꝛ possibile ē
aliquā que nō est futura esse futurā: ꝛ sil' cū hoc oēm que
4ᵉ ꝯ est futura manere futurā. g̊ ꝛc̄. ¶ 4ᵃ ꝯ est: ꝙ aliquā quā
deus nō prescit pōt prescire: ꝛ silr plures q̄ꝫ prescit potest
pscire. Et pbaꝛ ex eodem: q̄uis aūt he due vltime ꝯnes
sint vere ꝛ simplr cōcedēde pro eo sensu diuiso: queꝫ tn̄
de virtute sermōis efficiūt: iste tn̄. deus pōt scire aliquā
rem quā nescit: deus pōt plura scire q̄ꝫ scit: sunt de virtu
te sermōis false: ꝛ simplr negande. Et rō est: qꝛ sensus di/
uisus ꝛ sensus cōpositus eaꝝ: siue ipse fm vtrūqꝫ sensum
mutuo se inferūt: ꝛ ideo si eēnt ve oporteret ꝙ iste eēnt
possibiles: deus scit aliquā rem quā nescit: deus scit plu/
ra q̄ꝫ qꝺ scit: qꝺ tn̄ est falsuꝫ. Silr iste sunt simplr false
de virtute sermonis ꝛ negande: de⁹ pōt aliquā rem pre/
scire quā nō prescivit: deus pōt plura pscire q̄ꝫ pscivit: qꝛ
iste sunt ipossibiles. de⁹ pscit aliquā reꝫ quā non pscivit:
deus pscit plura q̄ꝫ pscivit. g̊ ꝛ ille sunt false. Assūptū pro
baꝛ: quo ad pmā parteꝫ. qꝛ hec est ipossibilis: aliq̄ res est
futura que nō fuit futura. Et seq̄ꝛ: de⁹ pscit aliq̄ꝫ res quā
nō pscivit. g̊ aliqua res est futura q̄ nō fuit futura. Quo
ad 2ᵃᵐ partē pbaꝛ. qꝛ hec est ipossibilis: plura sunt futu/
ra q̄ꝫ fuerūt futura. Et sequiꝛ. de⁹ pscit plura q̄ꝫ pscivit. g̊
plura sunt futura q̄ꝫ fuerūt futura. qꝛ tn̄ nō oēs aduertūt
drīam inter locutiōes in quib⁹ solus iste termin⁹ de⁹ pce
dit illud verbū pōt: ꝛ totū residuū sequiꝛ: ꝛ in q̄bus pce/
dit verbū hoc totū: aliquā rē quā de⁹ nō pscit: vel hoc to
tuꝫ plura q̄ꝫ de⁹ pscit. Et rursum istas vltimas aliq pos/
sent accipe in sensu cōposito: ideo ꝛ has ꝛ illas aliqui eli/
gunt: ꝛ satis vtilr ppter min⁹ exercitatos in logica. Ad
veritatis maiorē dclarationē distiguere in sensu diuiso
cōcedūt: in sensu cōposito negāt: ꝛ sic facit magr in pnti
5ᵉ ꝯ distinctiōe. ¶ 5ᵃ ꝯ est: ꝙ nullā rē pōt de⁹ incipe scire vel
pscire. Probaꝛ: qꝛ si aliquā posset incipe scire vel pscire
signeꝛ illa. Tūc arguo hāc reꝫ ea demōstrata de⁹ pōt in/
cipere scire vel pscire. g̊ hec res pōt incipe eē futura. ꝯn̄a
6ᵉ ꝯ est necīa: ꝛ ꝯn̄s falsū: vt ex supiorib⁹ pꝫ. ergo ꝛ an̄s. ¶ 6ᵃ
ꝯ est: ꝙ aliquā rem quā de⁹ pscit ꝛ pscivit pōt nō pscire: ꝛ
pauciora q̄ꝫ de⁹ prescit ꝛ pscivit pōt prescire: in quocūqꝫ
sensu accipiaꝛ: ꝛ silr ꝙ de⁹ pōt aliquā rem nō pscire quā
prescivit ꝛ pauciora pscire q̄ꝫ pscivit. Et oia hec pbanꝛ:
qꝛ hec est possibilis: aliq̄ res q̄ fuit futura nō est futura:
imo de facto hꝫ multas singulares vas: q̄nimo tot quot
sunt creature actu exn̄tes q̄ nō sunt vnq̄ꝫ future: distiguē
do futuꝝ ꝯ pn̄s. Itē hec ē polis: ꝛ ēt va. pauciora sūt fu/
tura q̄ꝫ fuerint futura: ꝛ quelibꝫ pars cōclusionis pmisse
sequiꝛ ex altera istarū: vt satis patet ex dictis.

2ᵘˢ arᵘˢ QUANTUM ad 2ᵐ articulū. s. de scia enūciabilium
pmitto vnā distictionē de enūciatiōi
bus. Nā sicut enūciationū q̄dā sunt ve ꝛ q̄dā false. Et ve
rarū quedā necīe ꝛ q̄dā cōtingētes. Falsaꝝ aūt q̄dā pos/
sibiles q̄dā ipossibiles: sic enūciabiliū q̄dā pn̄t dici vera
(vtpote ea q̄rū enūciatiōes si formenꝛ sūt ve) q̄dā falsa
vt enūciabiᵃ enūciationū falsaꝝ ꝛ veraꝝ: q̄dā necīa: ꝛ q̄/
dā cōtingētia: ꝛ falsoꝝ q̄dā possibilia: q̄dā ipossibilia cor
rn̄dēter ad suas enūciatiōes a q̄bus extrinsece hꝺ enun/
1ᵃ ꝯ ciabilia denoīari pn̄t. ¶ Hoc pmisso pono aliq̄s ꝯnes.
Quaꝝ pᵃ est. ꝙ omne enūciabile est necīo scitū a deo: lo/
quēdo de scia nō quidē vt est iudiciū: sed vt simplr ē ap/
prehēsio. Nō aūt oē enūciabile est scitū a deo fm ꝙ scia
est iudiciū. Prima pars pbaꝛ pᵒ sic. necē est q̄rūlibꝫ ꝯdi
ctorioꝝ enūciabiliū alteꝝ eē a deo scituꝫ iudiciarie siue
iudicatū. g̊ oē enūciabile necesse est a deo cognitū eē vl'
apphensuꝫ. An̄s pbaꝛ. qꝛ necē est qꝺlibꝫ veꝝ eē a deo iu
diciarie scitū: ꝛ necē est q̄rūlꝫ enūciabiliū ꝯdictoriorūꝫ
alterū eē veꝝ. g̊ necē est q̄rūlꝫ ꝯdictorioꝝ alterū eē a deo
iudiciarie scitū. Ambe premisse sumpte in sensu ꝯposito
vere sunt: ꝛ sic inferūt verā ꝯneꝫ ēt in sensu cōposito. Qꝺ
aūt maior sit vera pꝫ. qꝛ hec est ipossibilis: aliqꝺ veꝝ nō
est a deo scitū. Minor vō pꝫ: qꝛ q̄rūlibꝫ enūciationū ꝯdi
ctorioꝝ si formenꝛ necē est alterā esse verā. Cōsequētia
vō pma pbaꝛ: qꝛ qꝺlibꝫ enūciabile est pars duoꝝ enun/
ciabiliū ꝯdictorioꝝ iproprie loquēdo ꝛ fm quādā sil'itu
dinē de parte: qꝛ nec aliter possum⁹ in pposito loq. Naꝫ
de quolꝫ enūciabili cōtingit vere dicere ipm eē scitū vel
nō esse scitū: creditū vl' nō creditū: ꝛ sic quocūqꝫ affirma
ri vel negari. ita ꝙ qꝺlibꝫ enūciabile est q̄dāmō pars to
taliuꝫ enūciabiliū signabiliū per ꝯdictorias enūciatio/
nes: ꝛ p ꝯn̄s alicui⁹ enūciabilis veri. ac per h̄ alicui⁹ enū
ciabilis a deo iudiciarie sciti: ipole aūt est aliqꝺ enūcia/
bile totale eē scitū: q̄n illud de q̄ aliud enūciaꝛ sit cogni/
tuꝫ ꝛ apphēsuꝫ. Et totū h̄ pōt declarari ex ipsis enūciabi
lib⁹. Nā q̄lꝫ pōt eē subꝫ cuiusdā ꝯdictionis. vbi gr̄a. ista.
hō est asin⁹. Nā pn̄t due tales formari. hō ē asin⁹. ē ppō
opinata: hō est asin⁹: nō ē ppō opinata. ꝛ cōstat ꝙ altera
est va: ꝛ p ꝯn̄s a deo cognita ꝛ scita eē vera. g̊ ꝛ ista: hō est
asin⁹: q̄ est subm vtriusqꝫ est a deo apphensa: q̄uis nō sit
scita esse va. ¶ 2ᵒ ad idē sic. oē enūciabile necīo scitur a 2ᵐ
deo posse per aliquā enūciationē verā vel falsaꝫ enūcia/
ri. ergo oē enūciabile necīo ē a deo apphensum. Vel sic.
omne enūciabile necīo sciꝛ a deo esse veruꝫ vel falsum.
g̊ ꝛc̄. 2ᵃ vero pars ꝯnis. s. ꝙ nō oē enūciabile est iudicia/
rie scitū a deo. pꝫ. qꝛ nō oē est verū ꝛ solū verū enūciabi/
le istoᵒ sciꝛ. Probaꝛ etiā tota ꝯ ista per auctē Aug. 15. de 3ᵐ
tri. dicētis. ꝙ nemo falsa nouit: nisi cū falsa eē nouit. ꝙ si ca. x.
nouit verū nouit: verū eni est ꝙ ipsa falsa sunt. vbi Aug.
loquiꝛ de notiᵃ iudiciaria ꝛ enūciatiua: qua quis nouit ꝛ
iudicat euidēter esse sicut est ꝛ nō eē sicut nō est. h̄ vtiqꝫ
mō nō cognoscunꝛ nisi vera. nō eniꝫ quisq̄ꝫ cognoscit: ꝙ
hō est asin⁹. ꝛ pptera dicit. nemo falsa nouit. Ex quo pꝫ
2ᵃ pars ꝯnis. Qꝺ aūt addit nisi cū falsa eē nouit. Probat
pmā partē. qꝛ cuꝫ quis nouit falsa esse falsa. vtiqꝫ apphē/
dit illa falsa. alias nesciret illa esse falsa: nec dubiū ꝙ ōs
nouit falsa esse falsa. alias nō cognosceret oē verū: cū ve
ruꝫ sit: falsa esse falsa: vt dicit Aug. Ex hac ꝯne seq̄ꝛ: lo/
quēdo sic de scia cōiter ꝙ nullū enūciabile qꝺ de⁹ nescit
de⁹ pt scire: nec plura nec pauciora q̄ꝫ scit scire: nec aliqꝺ
qꝺ scit nō scire: nec aliquid incipe scire vel nō scire: ꝛ oia
hec pbanꝛ: qꝛ qꝺlibꝫ necīo de⁹ scit. ¶ 2ᵃ ꝯ est: ꝙ loquen 2ᵃ ꝯ
do de scia enūciabiliū 2ᵒ mō: quo ēt mō magis ppe ꝛ fꝫ
cōem vsuꝫ disputantiū sumiꝛ aliqꝺ seu aliqd enūciabile
qꝺ de⁹ nō scit pōt scire: ꝛ aliqꝺ qꝺ scit pōt non scire. Pro/
baꝛ. qꝛ aliqꝺ enūciabile falsuꝫ pōt eē veꝝ ꝛ aliqꝺ verum
pōt eē falsuꝫ. ¶ 3ᵃ ꝯ ꝙ possibile est deū aliqꝺ enūciabile 3ᵃ ꝯ.
scire qꝺ nō scivit. Et similr possibile est deuꝫ aliquid nō
scire qꝺ scivit: etiaꝫ in sensu cōposito sumpta vtraqꝫ pte
ꝯnis. Probaꝛ: qꝛ hec est possibilis. aliqꝺ enunciabile est
verū qꝺ nō fuit verū: ꝛ silr hec est possibilis. aliqꝺ nō est
verū qꝺ fuit verū. Et ex hoc etiā pꝫ ꝙ aliqꝺ enunciabi/
le deus pōt incipere scire: ꝛ aliqꝺ pōt incipere non scire:
vel desinere scire. Nam aliqꝺ enunciabile pōt incipere
esse veruꝫ: ꝛ aliqꝺ pōt incipere esse falsum. enūciabile. n.
hui⁹ enūciatiōis. verbū caro factū est. ante xpī incarna/

tionem falsū erat: sicut et ipsa enūciatio si fuisset formata: tunc fuisset falsa: et incepit esse ver; qn̄ pmo dei filius fuit hō. slr xp̄m nō surrexisse: fuit enūciabile verū in oī tēpore pcedēte xp̄i resurrectionē: et in instāti resurrectionis desijt esse ver; et incepit eē falsū. Nō est tn̄ cōcedendum q deus pōt incipe scire aliqđ enūciabile. Nā quocūq exponit ly incipit. hec est ipossibilis. deus incipit scire aliqđ enūciabile: siue eni exponat ly incipit. per negatiuā de pterito: siue p negatiuā de futuro: negatiua per quā exponit est ipossibilis: s; si sumat in pdicato signū demōstratiuū. verbi grā. Deus incipit scire hoc enūciabile: demōstrādo aliqđ in singulari qđ incipit eē verum: tunc ppō est possibilis: et sic eo demōstrato hec est vera. deus pōt incipe scire hoc. ¶ 4ª ꝫ est: q non plura q̄ deus scit vel sciuit deus pōt scire: nec etiā pauciora. Probat nō plura q̄ sunt vel fuerūt vera. possunt eē vera: nec etiam pauciora. g̃ et c. Assumptū pbat. qr semp alterū enūciabiliū cōdictoriorū est verū: et alter; nō: et si vnū incipit eē verū: reliquū desinit esse ver; et ideo nullo tēpore sunt vel pñt esse plura vera: q̄ alio: et per cn̄s nec pauciora vno q̄ alio tpe pñt esse a deo scita. De pscientia vero enūciabiliū loquēdo cū nō sit aliud scire sic sumptū q̄ scire enūciabilia de futuro: et hec sit necessaria. deus scit omne ver;. Idē est iudiciū de pscire et nō pscire enūciabiliū: et de veritate et falsitate ipsor;. de quibus suo mō sentiendū est sicut de enūciationibus eor;. de eis aūt vt estimo sufficiēter est dictū distinctiōe pcedenti. qōne pma. ar. 2º. ¶ Ad rōnes questionis quid sit dicendū patet ex dictis.

¶ Distinctionis. XL. et XLI. Questio. I.

Quantum ad mām pdestinatiōis et reprobationis de qua magister tractat in distinctiōe. 40. et. 41. Quero vtrū quilibz hō fuerit ab eterno pdestinatus vel reprobatus a deo. Et arguit pmo q nō. pmo sic. qr si qlibz hō et c. vel huius reprobatiōis et pdestinatiōis esset aliqua cā in pdestinato vl reprobato: aut nō: nō pōt dici q sic. Tum qr nullius eterni aliqd tēporale pōt esse causa: tū qr si aliq causa eēt vtiq eēnt merita: aut demerita hoium: sed hoc est falsū fm magrm in dist. 41. vbi expsse dicit: q pter nulla merita pñtia vel futura fuerūt eternalr aliqui reprobati vel pdestinati: nec pōt dici q nulla sit cā. tum qr videret deus inique agere cū reprobatis: ordinās eos ad penā eternā nō pter eor; culpā. Tum qr nullus q̄tū est ex se: fit magis dignus pdestinari q̄ alius: vel oēs eēnt pdestinati: qđ est falsū. vel deus eēt acceptator psonar; vnū eligēdo et aliū reyciēdo: sed hoc est cō sniam beati Petri actuū. 10. In veritate cōperi q nō est acceptator personarū deus. ¶ 2º. qr si quilibz hō est eternaliter pdestinatus vel reprobatus: qlibz vel de necessitate saluabit vel de necessitate dānabit. hoc aūt ē falsū: qm̄ tūc supfluerēt oēs doctrīe et monitiōes xp̄i: et aplor;: et pphetar; ceteror;q scōr exhortantiū hoīes ad bene agendū pter spem vite eterne vel timorē gehenne: qr siue bene siue praue quis ageret: nihil ide plus vel minus saluabit: si nec io est saluandus: aut dānabit: si necessario est dānandus. cn̄a p;. qr ordinatio et ppositum dei est imutabile. iuxta illud psal. consiliū dn̄i manet in eternum: et cōtra ipm nullus agere pōt. iuxta illud apost. ad Ro. Uoluntati eius qui resistit.

Ad oppositū arguit ex eo qđ scribitur in euāgelio Math. Et cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue cōgregabunt ante eum oēs gētes a dextris et a sinistris: et dicet his qui a dextris. venite benedicti patris mei possidete paratū vobis regnū a cōstitutiōe mūdi: Sinistris vero. ite maledicti in ignē eternū: qui pparatus est dyabolo et angelis eius. Preparatio aūt regni dei pdestinatio est: pparatio vo eterne pene que noie ignis describit reprobatio est. Cū ergo quilz hō sit tunc alterā acceptur ex his sniam: sequit q quilibet est pdestinatus vel reprobatus.

In ista questiōe pmo videbit de quesito. 2º. vtrū in pdestinatis sit aliqua cā sue pdestinationis: et in reprobatis sue reprobatiōis: qđ tangit in primo argumēto. 3º. vtr; sit possibile quēq pdestinatū dānari finaliter: aut reprobatū saluari qđ tāgit in alio argumēto. Uerū qr hec perscrutatio altissima est: et iperscrutabilis nobis mortalibus: et in ipsa errare multū est periculosum. idcirco nihil ex me in hac mā loq intēdo: s; simplr sentētias quas puto esse scōr: et maxime beati Aug. nihil penitus temerarie aut pertinaciter asserēdo.

Quantum ad pmū pmitto quid nois pdestinatio nis et reprobatiōis s; q eis cōiter vti mur: vt intelligam quis pdestinat vel reprobat dicat. Et dico q pdestinatio est ppositū dandi vitā eternam. Reprobatio vo ppositū nō dādi. Unde ille dicit pdestinatus cui pposuit deus dare vitā eternā. Et ille reprobatus cui pposuit nō dare. Hoc satis innuit apl's cū gratuitam ab eterno Jacob pdestinationē: et Esau reprobationē volens ostēdere introducit verbū dei dicētis. Jacob dilexi. Esau aūt odio habui. et postea gnāliter cōcludit. g̃ cuius vult miseret. et quē vult indurat. i. non miseret: vt exponit Aug. ad simpli. li. pº. ita q idē intelligit aplus p odire in pposito qđ p velle nō misereri: et p diligere idē qđ p velle misereri. i. misericorditer vitā eternā largiri. Na; de tali mīa ibi loquit apl's pncipalr. vn̄ et subsequēter electos vocat vasa mīe. His cōcordat snialr Aug. in li. de pseue. circa mediū. vbi ait. Nāq in sua q̃ falli mutariq nō pōt pscia: opa sua futura disponere id oīno nec aliud qcq̄ est pdestinare. De qbus aūt operibus intelligēm sit paulo an̄ pmisit. vbi ait. q pdestinatio ē pscia et ppatio bn̄ficior; dei qbus certissime libant qcūq liberāt. Hor; aūt pm et maxim ē vita eterna. Prepa g̃ et dispō dādi vitā e nā ē pdestina. Dispō aūt et ppom idē sūt. et hec ē ppa significatio hui nois pdestinatio. qr cū nō est pole deum pdestinare nisi psciēdo: iō sancti freqūter pdestinatōē diffiniūt p sciam: imo vt in eodē li. dicit Aug. noie pscie p noie pdestinatiōis vtunt. Est g̃ pdestinatio dispō seu ppositū dādi vitā eternā. Dare aūt vitā eternā et vocare et iustificare sunt pdestinatiōis actus. Reprobatio vo est velle nō misereri: seu qđ idē est ppositū nō dandi vitam eternā: nō misereri aūt seu nō dare vitā eterna; est effectus reprobatiōis iuxta modū loquēdi magistri. ¶ His pmissis dōm ad illum articulū vt mihi videt fm dicta sanctor;: q quilibz fuit ab eterno a deo pdestinat vl reprobat. Qđ pbat sic. Cuilibz hoī dabit deus vitā eternā vel nō dabit. g̃ qlz hō fuit ab eterno pdestinat vl reprobat. Añs p;. et cn̄a pbat. qr si alicui dabit. cōstat q volēs dabit: qr deus nō nisi volēs facit qcqđ fac. vt dic Aug. in ench. Si cui aūt vult dare semp voluit illi dare cū nihil possit velle volūtate accedēte et noua. vt p; p eūdē. 15 de tri. g̃ cuicūq dabit vitā eterna; ab eterno voluit sibi illā dare. et p cn̄s ab eterno fuit pdestinat. et silr seq q cuicūq nō dabit: ab eterno voluit illi nō dare. g̃ ab eterno fuit reprobat. ¶ 2º. sic. cuilz hoī deus ab eterno pordinauit vl psciuit regnū eternū vel penā eternā. g̃ qlz hō fuit ab eterno pdestinat vl reprobat. cn̄a p;. Añs autē ponit Aug. in li. q intitulat de disputatiōe pdestiatōis cō pelagianos. et ex itētiōe pbat p vbū saluatoris allegatū ad opm. qđ expsse dic. q oibus pariter siue cū pctis ppus

vt adulti: siue cū originali vt pueri: morituris preordina
ta est pena eterna: electis v̄o oībus regnū eternū: vn̄ itro/
ducta illa auctoritate cuꝫ pluribꝰ alijs sacre scripture cō/
cludit sic. tenēda est igiẗ icōcusse huiꝰ disputatiōis regu/
la que diuinis testimonijs claruit: pctōres in malis ꝓprijs
anteq̄ꝫ cēnt in mundo p̄scitos eē tm̄: non p̄destinatos. pe
nā aūt eis eē p̄destinatā s3 q̄ presciti sunt: paruulos q̄ꝫ
non renatos ex aqua ⁊ sp̄u scō p̄destinate pene esse obno/
xios: qui presciti sunt nō in ꝓprijs volūtatibꝰ: quoꝝ nul/
la est vel bona vl' mala: nisi tm̄ in ade peccato qd̄ traxere
nascētes ⁊ in hoc manētes soluerunt tēpus vite p̄ntis. Et
post subdit: qui v̄o s̄m ꝓpositum dei viuunt prescitos esse
⁊ predestinatos electione gratuite gr̄e eius ⁊ regnū ei ce/
loꝝ p̄destinatū esse sine dubitatione dicendū est.

2ᵒ artiᵒ. **Quantum** ad 2m arm. vꝫ. vtruꝫ in p̄destinatis sit ali
qua cā eterne sue p̄destinationis: ⁊ in re/
probatis sue reprobatiōis eterne. Sciēdū ꝓ rudiores:
q̄ nō est intētio articuli: nec ēt doctoꝝ hoc mō loquendi
vtentiū. q̄rere. Utrū in p̄destinatis sit aliqd qd̄ sit cā illi/
us entitatis q̄ est p̄destinatio: q̄ nō est nisi diuinitas ipsa.
hoc eni nullus vertit in dubiū certus oino q̄ nulla talis
sit cā. Sꝫ intellectꝰ articuli ⁊ eoꝝ est q̄rere. Utruꝫ ꝓpter
aliqd p̄destinatoꝝ ꝯplexe vel incōplexe significabile de
ab eterno illos p̄destinauit. Et similr̄. Utrū ꝓpter aliqd
reprobatoꝝ deꝰ eternalr̄ eos reprobauerit: ita q̄ dici pos/
set de aliquo: ꝓ hoc deꝰ aut ꝓ illud: aut q: illud ille fec̄
vel facturus erat h̄ vel illud: ipse p̄destinatus est: aut ali/
quo alio mō per causales ꝓpōnes explicando: q̄ ꝓpōnes
causales licꝫ in alijs materijs frequēter explicent cālita/
tē vnius rei sup aliā: nō tm̄ semp sic in vltima. q. 38. di. de
Tho. de claratū est. Scōm aūt hunc intellcm̄ doctoꝝ volentiū
argma. p°. reddere cām: q̄re isti vel illi sunt p̄destinati vel reproba/
.s. di. 41. ti qdaꝫ reddiderūt cām positiuā dicentes: q̄ ꝓpter bona
q. p. ar. 1. opera vel vsum bonū liberi arbitrij: quē deus p̄sciuit ali
quos habituros: p̄destinauit eos: ⁊ per malū vsuꝫ futurū
in alijs eos reprobauit. Et in hoc fuit diuersitas: q: qdaꝫ
dixerunt ꝓpter bonū vsuꝫ li. ar. quo ad actum credendi:
aliqui quo ad illū ⁊ alios a li. ar. ꝓcedentes. Rursus alij
dixerūt q̄ vsus bonꝰ li. ar. duplr̄ ꝯsiderari poterat. Uno
mō inq̄ꝫtuꝫ ꝓcedit partialr̄ a gr̄a: ⁊ est bonꝰ bonitate gra/
tuita vel meritoria s̄m qd. sic nō est s̄m eos cā p̄destina/
tionis: s3 effectꝰ. Alioᵒ vt ꝓcedit ab ipso li. ar. ⁊ est bonꝰ bo
nitate morali: ⁊ sic est cā p̄destinationis. i. de cōgruo licet
nō de cōdigno. Demū alij dixerunt q̄ p̄destinatiōis nul/
la est in p̄destinatis cā positiua: s3 p̄uatiua tm̄. s. absentia
finalis obicis per culpā originalē vel actualē respcū gr̄e
dei. Reprobationis v̄o cā est positiua in reprobis. s. talis
obex pcti gr̄e. Un̄ dicūt q̄ in p°. instāti quo offerẗ diuino cō
spectui oīs hō. vult illi deꝰ gr̄am ⁊ salutē: imo ⁊ oēs creat
ad istū finē: nisi tm̄ obicē gr̄e reperiat per quā hō reddaẗ
indignus: ⁊ sic g̊ p̄sciam sumentes sub illa gn̄ali volitiōe
dicūt q̄ offerunẗ in dei p̄sciētia aliqui cuꝫ obice gr̄e ⁊ in/
dignitate actuali vel habituali sic in paruulis est origia/
le pctm̄: vel actuale: vel malus vsus liberi ar. in ꝓuectis.
Alij aūt offerunẗ nō qdem cū aliq̄ dignitate aut dispōne
positiua: nec illud etiā opꝫ: s3 sufficit q̄ sine indignitate ⁊
obice offeranẗ: ⁊ tunc concludiẗ pro istis finalis gr̄a ⁊ sa/
lus eterna: ⁊ pro illis subtractio gr̄e: ⁊ preparatio pene: ⁊
per ꝯn̄s illi sunt reprobati iusto iudicio: ⁊ isti sola mīa li/
berati: non tm̄ sine cā negatiua. **M**ihi aūt videẗ q̄ ex di/
ctis sacre scripture ⁊ scōꝝ sequunẗ he ꝯnes: cuꝫ quarū oi
veritate non stat veritas alicuiꝰ modi dicēdi de p̄dictis.
¶ Harū p̄ma est. q̄ nullus est p̄destinatus ꝓpter bonuꝫ
vsuꝫ liberi arbi. quē deus sciuit illū habiturū q̄litercūq̄ꝫ
cōsidereẗ bonitas eius. 2ᵃ est. q̄ nullus est p̄destinatus:
q: p̄scitus finalr̄ fore sine obice habituali gratie. 3ᵃ q̄
quēcunq̄ꝫ deꝰ p̄destinauit: gratis tm̄ mō ⁊ misericorditer
predestinauit. 4ᵃ q̄ nullus est reprobatus ꝓpter malū
vsuꝫ libe. arbi. quē deus preuidet illum habiturū. 5ᵃ q̄
nullus est reprobatꝰ: q: preuisus fore finalr̄ cū obice gra/
tie. ¶ Prima ꝯ deduciẗ pᵒ sic. aliqui fuerunt p̄destinati pᵒ 2
nō habituri vllū bonū vsuꝫ li. ar. g̊ nullus fuit p̄destina/ pm
tus ꝓ talē vsuꝫ. Cōsequētia pꝫ: q: si vni ꝓposuit dare vi
tā eternā sine vsu li. ar. futuro. seqtur q̄ alteri nō ꝓposuit
dare ꝓpter talē futurū vsum: s3 libere ⁊ gratis: aut ꝓpter
aliā cām. Añs pꝫ de pueris baptiçatis morientibꝰ in eta/
te infantili. Et per h̄ argumētū dicit Aug. maxie ꝯuinci
quoscūq̄ꝫ dicētes: hoīes fuisse p̄destiatos ex futuris ope/
ribus: ⁊ eodē mō ex futuro vsu lib. ar. ¶ Ad h̄ tm̄ conati Rñō
sunt aliq rn̄dere dicētes: q̄ lꝫ paruuli hꝰ nō fuerunt p̄de
stinati ꝓpter vsuꝫ bonū li. ar. quē habituri fuerūt: tm̄ pre/
destinati sunt ꝓpter euꝫ quē habituri fuissent si ad debi/
tā etatē ꝑuenissent. ¶ Sꝫ ista rn̄ꝰ nulla oio est: vn̄ arguo ꝯ. 2.
ꝯtra eā. iuxta itētionē Aug. de p̄destinatiōe scōꝝ. vbi eā
in ꝓpria forma refellit. Prio sic. nullus p̄miaẗ a deo ꝓ pm
merita q̄ nec eiꝰ nec alteriꝰ sunt fuerūt aut erunt. g̊ nec ꝑ
talia fuit p̄destinatus: s3 merita q̄ pueri habuissent si vi/
xissent nec eoꝝ nec alteriꝰ sunt fuerūt ⁊ erunt: vt pꝫ. g̊ ⁊c̄.
Pria ꝯn̄a pꝫ: ⁊ añs cuilꝫ hn̄ti rōnē est notū: qm̄ talia me/
rita nō sunt vlla merita: nec ꝑ hoc premiāda cū oino sint
nulla. Un̄ Aug. hanc rn̄sionē admirans. Un̄ hoc talibus
inqt viris in mentē venerit nescio: vt futura q̄ nō sunt fu
tura puniaẗ: aut honoreẗ merita paruuloꝝ. Et ifra. q:
hoīum inqt futura q̄ nō sunt futura ꝓculdubio nulla sūt
merita. ⁊ h̄ videre facillimuꝫ est: iō nec pelagiani hoc di/
cere potuerunt: ⁊ multo magis nec isti dicere potuerunt.
¶ P̄. ait. Aug. ibidē. Apl's limitē fecit queꝫ trāsgredi nō 2m
debeat hoīs incauta suspicatio. ait. n. oēs astabimus an/ ca. 13.
te tribunal xp̄i: vt ferat vnusq̄sq̄ꝫ s̄m ea q̄ per corpꝰ gessit
.i. illo tp̄e quo in corpore vixit siue bonū siue malū gesse/
rit inqt nō adiunxit vel gesturus fuit. Est igiẗ determiaᵒ
apl'i q̄ p̄cise s̄m ea q̄ fecit qs merita: ⁊ sili mō s̄m eū vsuꝫ
quē habuit p̄cise duꝫ vixit p̄miabiẗ. nō g̊ s̄m eū: quē si vi
xisset hituꝛꝰ fuisset. Et certe hāc determiationē apl'i trās
fero nihil aliud afferendo. ¶ P̄. arguit Aug. Si iudica/ 3m
renẗ inqt hoīes pro meritis sue vite: q̄ nō habuerūt mor
te ꝑuenti: s3 habituri si viuerēt nihil ꝓdesset ei q raptꝰ ē
ne malitia mutaret itellcm̄: sic scribiẗ Sapie 4°. nihil ꝓ/ ca. 4.
desset eis q lapsi moriunẗ: si añ moreren̄ẗ: qd̄ nullus xp̄i/
anus dicere audebit. Et subdit. Nā qs xp̄ianꝰ nō ꝯfitea/
tur q̄ bonuꝫ iude fuisset si suscepto baptīo mox decessis/
set. Et idē de q̄libꝫ baptiçato dānato: ⁊ tm̄ oppoᵐ seq̄reẗ si
cū eo fieret circa actū quē hūisset li. ar. si vixisset. Sꝫ ꝯ
argui pōt q̄ btō paulo nihil obfuisset si fuisset mortuus:
duꝫ ꝑsequebaẗ eccl'iaꝫ: ex quo iudicādus fuisset s̄m vsuꝫ
quē habuisset si vixisset. ¶ P̄. seq̄reẗ q̄ q̄libꝫ paruus ba 4m
ptiçatus moriēs: tantū premiū reciperet q̄ꝫtuꝫ si vixisset
mille annis in gratia: ⁊ cū bono vsu liberi arbitrij: posito
q̄ ita cōtigisset si vixisset. Nā sic dicit vnꝰ doctor ⁊ in h̄
hn̄. nō solū deꝰ p̄destinat q̄cūq̄ꝫ ad p̄miū eternū: s3 etiā ad
determiatū p̄mij gradū. Et iō si ꝓ tale ꝯditionalē vsuꝫ
quēq̄ꝫ p̄destinasset: ⁊ ꝓ gradū bonitatis illiꝰ vsus p̄desti
nasset ad certū gradū premij: ⁊ illū vtiq̄ꝫ ꝯseq̄reẗ q̄licūq̄ꝫ
moreret: qd̄ nullꝰ diceret: ⁊ sic pꝫ q̄ rn̄°. illa nulla ē. Et ꝓ/
pterea dic̄ Aug. vbi. s̄. q̄ tales sic soluētes moliūẗ astrue/
re: qd̄ nō dico inqt crediturū: s3 soᵐ opiatuꝝ neminē puta
uerimꝰ s3 ea. s. iudicare quēq̄ꝫ mortuoꝝ q̄ gesturꝰ fuerat:
si tp̄e ꝓlixiori vixisset. q̄r ⁊c̄. ¶ 2°. idē p̄n' ꝓbo ꝯ adultis 2m pn̄le
sic. qcūq̄ꝫ fuerit habiturus bonū vsum lib. ar. q̄lis req̄riẗ
in saluandis: ideo fuit illum hiturus: q: fuit p̄destinatꝰ. g̊

nō fuit p̄destinatus pp̄ talē bonū qualis reqrit̃ bonus in
saluādis:aliogn multi dānandi eēnt p̄destinati:cū3 mul/
tos bonos vsus habuerit li.ar.qđ est erroneū. Si aūt ta/
lē exiguū bonū vsu3 fuit habiturus q2 p̄destinatus. con/
stat φ nō eɔ̄ fuit p̄destinat9:q2 illum fuit habiturus.p3 ğ
ca.º 3.º ɔña.Et añs ego ꝓbo p̄ aucto. Aug.đ fi.ad pe.vbi ait. Jlli
cū xp̄o regnabunt quos de9 gratuita bonitate sua p̄desti/
nauit ad regnu3:q2 eni eos tales p̄destinatio p̄parauit vt
in regno dei eēnt:p̄parauit vtiq3 f̄m ꝓpositū vocandos
vt obediant:p̄parauit iustificandos:vt accepta gr̄a recte
credāt τ bene viuant.p̄parauit τ glorificandos vt xp̄i co
heredes effecti regnū celoꝝ sine fine possideant. Ex hac
auctoritate p3 manifeste:φ q2 p̄destinatio p̄parauit ali/
quos ad regnu3 eternu3.i.q2 deus ꝓposuit:τ suo ꝓposito
ordinauit aliquos ad eternū regnū:iō etiā preordinauit
eos vocare τ iustificare τc̃.Soli aūt sic vocati τ iustificā
di sunt saluandi:sicut p3 per eundē iam tactū verbū apl̄i
exponentē in li.º de p̄destinatione scōꝝ.vbi sic ait.Quos
eni p̄destinauit illos vocauit:ipsa.s.vocatione f̄m ꝓposi/
tū.nō ğ alios:s3 q2 p̄destinauit ipsos τ vocauit:nec alios:
s3 quos vtiq3 vocauit ipsos τ iustificauit:nec alios: s3 q̊s
p̄destinauit vocauit iustificauit ipsos τ glorificauit: illo
vtiq3 fine qui non h3 finē.ğ soli sic vocandi τ iustificādi:
fuerunt habituri talē bonu3 vsu3 li.ar.qualis requirit̃ in
saluandis. Constat aūt vlterius φ talis vocatio cum iu/
stificatione est cā talis boni vsus:τ nō ecōuerso:qđ in pri
ma auc̃te tangit Aug.cu3 dicit.φ p̄parauit vt obediant:
τ vt accepta gr̄a recte credant τ bn̄ viuant:obedire enim
vocationi:τ recte credere:ac bn̄ viuere sūt illi boni vsus
li.ar.Ex his itaq3 p3:φ iō tales habituri fuerūt hꝯ bonū
vsum:q2 fuerunt iustificandi τ sic vocandi:q2 fuerūt pre
destinati.ğ de p.º ad vlti.m:iō fuerunt hꝯ vsu3 habituri:q2
2m fuerunt p̄destinati. ¶ 2.º ꝓbo ide3 añs sic rōne.Quicun
q3 fuit habiturus talē bonū vsu3 fuit illu3 hiturus a deo:
τ nullū de9 p̄destinauit:q2 fuit talē vsu3 ei datur9:s3 ecō/
tra:q2 illum p̄destinauit:iō talē vsum fuit sibi daturus.ğ
quicūq3 fuit habiturus hꝯ vsu3:iō fuit habiturus:q2 fuit
p̄destinatus.ɔña p3:τ p.ª pars añtis in multis auc̃tib9 scri
ca.º 4.º pture ꝓbaẽ:sic illa apl̄i p.ª ad Cor.qd.n.habes qđ nō acce/
ca.º ii.º pisti:τ illa eiusde3 ad Phil.Deus operat̃ in nobis velle τ
ca.º 2.º ꝑficere pro bona voluntate:τ illa eiusdē ad Eph. Jpsi9 su
mus factura creati in xp̄o.i.ꝑ xp̄m in operib9 bonis q̄ pre
parauit nobis de9:vt in illis ambulemus:τ plurime alie
quas recurrere longū eēt. 2.ª pars aūt satis p3 ex se. Na3
in p̄cedēti arti.º satis dictū est:nō est aliud p̄destinatio q̄3
ꝓpositū dandi alicui vitā eternā:q2 ꝓposuit illi dare bo/
nū vsu3 li.ar.s3 nō econtra:q2 ꝓposuit sibi dare vitā eter
nā:iō ɔ̄r voluit dare illi taliter vti li.ar.sine q̄li vsu ne/
minē potentē li.ar.vti voluit ad vitā eternā admittere.
¶ Et ɔfirmaẽ:q2 vt sancti τ doctores cōiter dicūt:voca/
tio τ iustificatio sunt effect9 p̄destinatiōis:τ sumit̃ ex ver
ca.º 8.º bis apl̄i in ep̄la ad Ro.qui sūt inqt qui f̄m ꝓpo.m vocati
sunt sancti.i.ad s̄citatē:vt di.glo.nō dic̃ apl̄s φ ꝓpositum
sit f̄m vocationē:s3 ecōuerso.iō dic̃ glo.φ ex p̄destinatio
ne est:φ sunt vocati τ ex alijs sequētib9 etiā ibidē p3.cu3
dicit quos p̄destinauit τc̃.talis aūt bonus vsus est iustifi
cationis τ vocationis effectus. Nā vt dicit Aug.lib.º p̊ ad
Simpli. Nemo ppterea bn̄ opaẽ vt accipiat gr̄a3:s3 q2 ac
cepit:quō eni pōt iuste viuere qui nō fuerit iustificat9:iu/
stificat aūt grata:vt iustificatus possit iuste viuere.p.ª aūt
est gr̄a.2.ª autē sunt opa.Et paulo an̄ sup illo apl̄i ad Ro.
ca.º 9.º Nō ex operib9 s3 ex vocante deū est:q2 maior seruiet mi
nori inqt.ğ vocantis est gr̄a:ꝑcipiētis aūt gr̄am ɔ̄r sunt
opa nō que gr̄am ꝑiant:s3 q̄ gr̄a ꝑiant̃.Et infra.iux̃ mediū
libri dicit.φ vocatio est effectrix bone volūtatis τ ca3 ꝑ

cedit nō ecōuerso:τ pp̄ h̄ a deo recte tribuit̃:qđ bn̄ volu/
mus nobis tribui:nō pp̄ qđ vocamur. ¶ S3 ad hanc rō/ Rño
nē forsan r̄ndebit̃ φ talis bon9 vsus inq̄ʒtum est ꝑtialr̃ a
gr̄a elicitiue:τ bon9 bonitate meritoria ē vtiq3 p̄destina/
tionis effect9:s3 inq̄ʒtū est ꝑtialr̃ a volūtate seu li.ar.τ bo
nus bonitate morali:nō est effect9 p̄destinatiōis:s3 poti9
cā. ¶ Cōtra.q2 volūtas nō pōt cāre tale bonū velle etia3 3.2.
f̄m illa3 ꝓpriā partialē cālitatē quā h3 respcū volitionis
nisi gratis a deo sp̄āliter adiuta:τ mota ad cāndū.dicēte
Aug.in de gr̄a τ li.ar.vltra mediū. Certū est nos velle cū
volumus:s3 ille facit vt velimus bonū:de quo dictū est.
φ p̄paraẽ voluntas a dn̄o:τ de quo dictū est:φ opatur in
nobis τ velle:τ certū est nos facere cū faciamus:s3 ille fa
cit vt faciamus.p̄bendo vires efficacissimas voluntati:τ
vlr̃ ipse ait.in de v̄a inocētia. Quotiēs bona agimus:de9
in nobis atq3 nobiscū vt opemur opaẽ.Et ppterea in eo/
dē lib.º Multa inqt de9 fecit in hoie bona:q̄ non facit hō.
nulla v̄o facit hō q̄ de9 nō facit vt faciat hō.multe aūt au
ctoritates possent adduci ad ostēdendū:φ ad nullu3 bo/
nū actū agit hō vel coagit:nisi ad coagendū moueaẽ τ iu
uet̃ a deo:s3 iste pro nunc sufficiāt:q2 in 2.º di.26.ꝓlixius
istud ꝓbabit̃. S3 cōstat φ talis motio:τ diuinu3 adiuto
riū respcū talis boni vsus est effect9 p̄destinationis:τ nō
cā.q̄re τc̃. ¶ 3.º p̄ncipalr̃ ad qōnē arguo:ex ꝓp̄ssa determia/ 3m p̄ncip.le
tione apl̄i ad Ro.q̄ sola (vbi ois alia ꝓbatio deficeret) ca.º 9.º
d3 cōuincere quēlib3 fidelē:ad tenēdū hāc ɔ̊ne3.vbi de/
terminat φ nō ex opib9 illis ēt futuris:vt exponunt oēs
glo. Jacob fuit p̄destinat9:τ idē vult sentiēdū esse de oi/
bus:ne quis de merito operis glorieẽ. ¶ 2m ɔ̊nē ꝓbo p̊ 2.ª 3
sic.φ aliqs sit sine obice culpe origialis τ actualis talr̃ φ
nō ipediaẽ a cōsecutiōe salutis:aut sit eius indignus.est
effect9 diue p̄destinatiōis.ğ nō q2 qs p̄uidet̃ futurus sine
obice talis salutis:aut gr̄e est p̄destinatus.Cōsequētia p3
τ añs ꝓbaẽ p.º expressa auc̃te apl̄i dicētis in ep̄la ad Eph. ca.º p.
Elegit nos ante mūdi cōstitutionē vt essemus sancti τ i/
maculati:vbi vt dicit glo.loqtur apl̄s de electione q̄ pre/
destinauit nos:τ sic nō p̄destinauit nos:eo φ sci essemus
τ imaculati:sic nec q2 futuri eramus:sed q2 nos p̄destina
uit:iō futuri eramus ꝑ ei9 gr̄am sancti τ imaculati. ¶ p̄. 2m
iustificatio electorū est p̄destinatiōis effect9:vt dcm̄ est.
iustificatio aūt icludit vel exigit remissionē pctōꝝ:τ pu/
ritatē ab oi labe originalis vel actualis culpe mortalis.
Un̄ glo.iustificauit.s.remissionē pctōꝝ τ bona opatiōe.
¶ p̄.absolu9 ab omni tali culpa f̄m Aug.de fi.ad pe.est 3m
effect9 gr̄e dei quā eternalr̃ sciuit se hoib9 largiturū:qđ ꝓ ca.º 34.º
bat ꝑ illō apl̄i ad Ro.quos p̄sciuit τ p̄destiauit ɔformes ca.º 8.º
fieri imagini filij ei9.Et i seq̄nti ca.º dic̃.φ p̄destinatio est
gratuite donatiōis p̄paratio.Ex q̄ seq̄ẽ φ absolu9 τ puri/
tas a tali culpa ē p̄destinatiōis effect9. 2.º paruuli moriē
tes p9 bap̄m sūt sine obice pcti originalis q2 sūt baptiçati
τ iō sūt baptiçati:q2 sūt p̄destiati.ğ ipsi nō:q2 sūt sine cul/
pa originali sūt p̄destinati:s3 eɔ̄:q2 sūt p̄destinati:sūt sine
tali culpa.ɔña p3:τ p.ª ps añtis cōiter a catholicis ɔcedit̃.
τ 2.ª ps ꝓbaẽ ꝑ apl̄m ad Tytū.dicentē.non ex operib9 iu ca.º 3.º
